vel in quantum opponitur accidenti et si hoc sensu intelligitur substantia, manifestum est quod, quidquid in Deo invenitur, substantiale est;

vel in quantum opponitur relationibus divinis, ut dicit S. Aug.: "Non omne quid de Deo dicitur, scd. substantiam dicitur, sicut scd. substantiam, dicitur bonus etc. et si quid aliud AD SE dicitur; sed dicitur etiam relative, i.e. non AD SE, sed AD ALIQUID, quod ipse non est, sicut Pater, ad Filium dicitur".

Pariter quando loquimur v.g. de Patre, dicimus quod Pater in simplicitate sua invenitur, servatis servandis, ex una parte SEMEL in praedicamento substantiae, et ex altera parte, BIS in praedicamento relationis. Quod non est compositio ejus, quod est in Patre, sed compositio, aut potius pluralitas praedicamentorum, in quibus collocatur id quod est in Patre : Substantia scl. et Relatio; et quantum ad praedicamentum Relationis, diversae Relationes: Paternitas et Spiratio.

Id quod est in Patre est idem ac id, quod est in Filio et Sp. Sto.; sed non pertinet ad idem per relationum, sed solummodo ad unum ex iis. Nullo modo ad relationem quae est in Sp. Sto.

Pater Billot observat totam materiam Trinitariam in doctrina de divinis processionibus contineri. Ratio est quod processiones divinae sunt formaliter ipsae relationes, et rursus relationes sunt ipsae personae, quae iterum sunt proprietates personales. Sive ergo de relationibus, sive de processionibus, sive de personis, sive de proprietatibus sermo sit, consideratio versatur semper circa IDEUM sub alio et alio explicito conceptu.

PERSONA enim est RELATIO ut subsistens.

PROCESSIO " RELATIO " actio.

PROPRIETAS " RELATIO " forma, qua persona individuatur.

Pariter

PATERNITAS est PERSONA Patris in quantum est
est RELATIO in quantum ad Filium dicitur
est PROPRIETAS in quantum concipitur ut forma in-
dividuans Patrem.

Cf., Dz., 275 ss.

Ex eo autem quod oppositio relativa in divinis dumtaxat ex sic dictis relationibus originis seu processionibus oritur haec pars aget :

- 1°- De processionibus;
- 2°- de relationibus;
- 3°- de personis.

Proprietates melius tractabuntur in tertia parte ubi agetur de personis comparative spectatis.

Investigatio grandis nimis! "Nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quaeritur, nec fructuosius aliquid invenitur". Quo uberior et perdurabilior fructus ex hac meditazione obtineatur, oremus "fortiter et fideliter, ut det nobis Dominus intellectum ac sic ea, quae forinsecus adhibet diligentia praceptoris sive doctoris, possint esse fructuosa; quoniam neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed, qui incrementum dat, Deus! ". (S.Aug.,33,459).

P A R S P R I M A

DE PROCESSIONIBUS DIVINIS.

- A.- Processio (etymologice et proprie) = transitus successivus et ordinatus corporis ex uno in alterum locum (motus localis).
 = (Universalissime) Illud in quo est aliquis ordo unius ex alio vel post aliud. (omnis mutatio).
 = emanatio seu origo unius ex alio (radius a sole, operatio ab operante, genitum a generante, artificiatum ab artifice).

Processio in creatis duplex :

a) Operationis (p. ut operatio). Jam operatio est actualitas virtutis v.g. intellectio est actualitas virtutis intellectivae. Quae ex eo quod claudit transitum de potentia ad actum, nequit esse in Deo. (De Verit., 4,2,7 m.)

b) Operati (p. ut operatum) i.e. exitus alicujus termini operati diversi ab operatione et facultate operante v.g. genitum ab generante.

Processio ut operatum (nobis consideranda in materia Trinitatis) est duplex :

- a) transiens (proc. AD EXTRA): aa) in exteriorem rem trnsit; bb) est perfectio rei factae quae per p. trans. constituitur v.g. secare; cc) semper ponit operatum quoddam extra agentem. Duplex est :

eminenter transiens: est unice in Deo. Cf. De Deo uno.

formaliter transiens: in creatis, nec in Deo esse potest; dd) ponitur in praedicamento : ACTIO.

- b) Immanens (proc. AD INTRA): aa) manet in ipso operante; bb) est perfectio operantis v.g. sentire, intelligere, velle ; cc) non necessario ponit operatum quoddam extra agentem v.g. (num operatum in sensatione externa, nec in visione beatifica); quodsi operatum habeatur, hoc provenit ex specialibus conditionibus; quo in casu operatum non est ad extra sed ad intra, tanquam accidens; dd) ponitur in praedicamento: QUALITAS.

Ex consideratione illarum processionum naturalium, nobis ascendendum est ad processiones increatas et aeterna.

Proinde primo removenda sunt imperfectiones omnes quae in p. creatis habentur. De Deo potius loquendum de p. per modum operati, quia si quae sunt in Deo processiones intraneae, nil proprio operatum atque proprie effectum aut si aliquid hujusmodi, in ipso Deo esse potest; et de p. scd. operationem quia operatio stricte dicta transit de potentia ad actum unde imperfectio.

In Deo sunt processiones intraneae Verbi et amoris quae sunt processiones scd. operationes immanentes intellectus et voluntatis.

B.- De processione quae in mente nostra invenitur scd. operationem intellectus. CG., 4,26 Hujusmodi autem...; Comp. Thel.c.50.

N.B.- Imago Trinitatis, quae scd. expositionem metaphysico-psychologicam, in anima nostra habetur, non in hoc formaliter consistit, quod anima est, et se intelligit, et se amat: quasi procederet F. ab intellectu divino instar cogitationis quae procedit ab intellectu nostro, et simili quodam modo Sp.S. Sic enim haberetur in Deo processio operantioris. Sed imago Trinitatis apud nos in hoc est, quod anima

se intelligendo, format similitudinem seu verbum sui ipsius in seipsa, quasi animam intellectam in anima (scd. esse) sese intelligente. Rursus se amando, emittit intra se spiramen seu amatoriam inclinationem in seipsam, quasi animam amatam, in anima (scd. esse) sese amante.

Quae imago Trinitatis, quamvis per multa deficiens, nunc explicanda.

Quid verbum mentis?

a) Ipsa operatio intellectualis, juxta aliquos; falsa quia verbum procederet ut operatio (Actio).

b) Res intellecta in esse intellecto, quam mens intelligendo format in seipsa; proinde verbum mentis distinguitur ab intellenciae sicut operatum ab operatione scd. quam et per quam gignitur. Cf. S.Th., in multis locis.

COGNOSCENS est ille qui praeter propriam formam, qua in suo esse naturali consistit, habet, non quidem physice, sed intentionaliter (repraesentative) formam rei cognitae. Cognoscere est fieri vel esse aliud in quantum aliud; est fieri alterum, seu trahere ad se formam alterius ut alterius; est fieri alterum a se, et recipere illud non ut communicans in esse cum illo, sed ut alterum a se. Non-cognoscientia nihil habent nisi formam suam tt.; sed cognoscens natum est habere formam etiam rei alterius. (S.Th., 1,14,1). Quanto vis cognoscitiva est altior, tanto magis unice se habet ad cognoscibilia et inde est quod cognoscens et cognitum sunt magis unum quam materia et forma. In cognitione, unum fit aliud, unum fit idem alteri, salvis rationibus eorum. Inde cognoscens potest fieri omnia in quantum omnia. Sed illa forma intentionalis quo cognoscens sit aliud, scd. varios modos verificatur.

1º- Aliquando nulla habetur species expressa i.e. intentionalis similitudo objecti quam ipse cognoscens in seipso format, et quae ab ipso procedat tanquam operatum scd. operationem cognoscendi. Sic in visione beatifica et in cognitione sensus exterioris.

2º- In sensibus interioribus (Imaginatio).

3º- In cognitione intellectuali nostra, objectum non per se met ipsum conjungitur in esse objecti actu intellecti : a) res ab-

entes et praesentes a nobis cognosci possunt; b) corporalia separantur a conditionibus materiae; c) spiritualia apprehenduntur ad modum corporalium. Proinde in intellectu cognoscente, oportet ponere loco objecti scd. se, quamdam ejus intentionalem similitudinem, quae sit ipsa res intellecta in esse intellecto, sed huiusmodi similitudo sive species intellecta, non est species impressa ab obiecto species impressa siquidem haec conservantur in memoria etiam quando homo non intelligit. (Se habent ad modum habitus non actus). Unde cognitio nostra non perficitur nisi intellectus exprimat in se intelligibilem similitudinem, quae sit ipsum objectum in esse cogniti i.e. verbum mentale. Sicut autem species imaginata non est ipsa operatio imaginativa sed ab ipsa distinguitur, si non operatum ab operatione scd. quam producitur, ita species intellecta (verbum) distinguitur ab operatione intellectiva. Unde in mente nostra dum actu intelligit, tria inveniuntur.

- a) Principium intellectonis : intellectus informatus (specificatus) specie intelligibili impressa : (PASSIO)
- b) Operatio elicita i.e. intellectio : (QUALITAS)
- c) Verbum ut terminans operationem (operatum) (ACTIO) et est:

physicum quid in ratione operati;
 intentionale quid in ratione objecti cogniti.

Verbum mentale = species expressa = conceptus mentis = intentio intellecta.

Species expressa (Verbum mentale) est :

in ratione operati, natura posterior operatione ut productiva.
in ratione objecti, natura prior operatione ut apprehensiva.
in ratione temporis constat productionem et apprehensionem esse simul.

Verbum mentale ut "id quod intelligitur" dupliciter intelligi potest :

- a) Scd. esse intentionale (repraesentativum); sic in actu directo cognoscitur, sicuti idem est motus in imaginem, in imaginem, in quantum imago et in rem ipsam cuius est imago.

b) Sed. esse physicum accidens, non intelligitur vel cognoscitur nisi in actu reflexo.

Unde ratio verbi mentalis est ut sit aliquid "realiter procedens scd. operationem intellectus, suoque principio immanens tanquam intellectum in intelligente.

Similis processio habetur in imaginatione, servatis servandis.

Nunc, ex eo quod distinguuntur intellectio et verbum possumus jam colligere :

a) Processio verbi non est de essentia intellectionis sed potest concipi intellectio absque verbo v.g.

1º- in visione beatifica.

2º- in Deo, intelligens est ipsum suum intelligere, et inde necessario re identificantur omnia quae ad intellectivam operationem concurrunt. Ergo repugnat quod in Deo verbum procedat ab intelligente, distinctum quoad esse absolutum.

Ergo si datur realis processio verbi, distinctio esse non poterit nisi scd. solas relationes originis et proinde F. et Sp. S. perfecto intelligunt quin ullum verbum ab Eis procedat.

b) Intelligere non est formaliter concipere (dicere).

Intelligere = videre, percipere, apprehendere rem in verbo; formaliter est operatio immanens sine addito (QUALITAS).

Concipere (dicere) = producere verbum. Importat operationem immanentem cum relatione ad terminum interius productum (ACTIO).

Pariter de essentia verbi est ut sit aliquid realiter a principio procedens, non autem de essentia intellectionis est, ut scd. rem procedat ab intelligente. (Intellectio divina)

c) In nobis imperfectio verbi est quod habeat :

aa) relationem necessariam in operationem ut in finem.

bb) tum operatio, tum operatum sunt accidentes.

N.B. - Cognoscere non consistit (v.g. cognoscere lapidem) :
 neque in receptione imaginis (species impressa);
 neque in productione imaginis (species expressa);
 neque in actione in aliquod objectum ad modificantum ejus esse;
 neque in actione in nostrum esse ad hoc ut modificetur occasione perum cognitarum;
 neque in producere ipsam rem cognitam; sed est ESSENTIALITER ACTIO IMMANENS quae perficit ipsum subjectum cognoscens. Est quid intimius et perfectius quam mera productio specierum et proinde ad ejus rationem essentialiem non pertinet productio; sed est essentialiter esse vel fieri immaterialiter aliud in quantum aliud.

C.- De processione quae est in voluntate creata per modum operati.

- N.B. - a) Omnes motus voluntatis sunt motus amoris.
- b) Minus nota pro nobis quam processio intellectus.
- c) Quod aliquid realiter procedat in voluntate nostra ut operatio, nimis evidens.
- d) Nobis sufficit ut in voluntate ostendatur aliquid quod se habet per modum operationis et aliquid re vel saltem ratione distinctum, se habens ad modum operati.
- e) Tum operatio tum operatum voluntatis sunt scd. quamdam proportionalitatem ad ea que inveniuntur in intellectu.

Jamvero, sicuti per conceptionem verbi res dicta vel intellecta est in intelligente ita scd. operationem voluntatis invenitur in nobis processio amoris scd. quam amatum est in amante.

Hinc operatum intellectus nostri, scd. verbum, est similitudo rei cognitae. Sed actio amandi est coaptatio voluntatis ad aliquod bonum prout existens in se extra mentem et proinde amor non terminatur ad res prout existentes in amante. Amor enim non est apprehensio, quasi prehensio ad se, sed terminatur ad res extra se. Unde loco similitudinis quae est in intelligente, habetur in voluntate quedam impulsio vel pondus inclinans in amatum. "Pondus meum, amor meus; eo feror, quocumque feror". Jamvero illa impulsio vel pondus spiramen habet distinctam formalitatem "operati" et proinde saltem ratione distinguitur ab actione amandi.

Actio amandi = actualitas virtutis ipsius operantis = motus quo amans seipsum movet, seseque coaptat bono amabili = virtus amantis.

Inclinatio (impulsus, pondus, spiramen, affectio) = id quo trahitur amans in amatum = quaedam virtus amanti et pro tanto et pro tanto dicitur amatum in amante.

Unde triplex modus essendi in :

- per identitatem : sic res quaelibet dicitur esse in se-ipsa;
- per similitudinem: sic res intellecta dicitur esse in intellectu;
- per inclinationem: sic res amata dicitur esse in amante.

Amatum enim non trahitur ad amantem sed trahit amantem et consequenter fieri ut amatum non est fieri ut tractum sed ut trahens, etsi haec ipsa tractio procedit effective ab amante, quia oritur a bono amabili prout interius cognito per intellectum. Unde amor dicitur significat :

vel ipsam actionem amandi = processio operationis;
vel amorem procedentem per modum operati scl. inclinatio, etc.

Amor ut operatum non habet speciale vocabulum et vocatur saepe amor etsi melius adhiberetur impulsus, inclinatio, affectio, etc.

Operatum intellectus est similitudo rei intellectae.

Operatum voluntatis est impulsio in rem amatam.

Operatum intellectus procedit ex uno, scl. principio intellectivo; operatum voluntatis procedit ex duobus scl. ex principio amativo et ex intelligibili apprehenso, quod est verbum conceptum de amabili.

D.- (Conclusio) :

Hae processiones intellectus et voluntatis purificatae ab imperfectionibus quae sunt scl. transitus de potentia ad actum, effectio seu actio causativa, aliquid modificans substantiam nostram et ab ea distinctam scl. accidens, non manuducunt ad aliquomodo processiones divinas ad intra concipiendas.

- Thesis 4^a -

SUNT IN DEO PROCESSIONES REALES AD INTRA.

S.Th., 1, 27, 1; De Pot., 10, 1 et 2; S. 1, 4; P., 505-8; Billot; Franzelin, etc.

PROCESSIO IN DIVINIS est processio intranea quae est secundum operationem et per modum operati, ubi voce operativa intelligitur ratio exigitiva certae originis, cuius termini a quo alter, et qui ab altero, sibi invicem consubstantiales, solis relationibus oppositis inter se distinguuntur.

Nil nempe aliud importat processio in divinis, quam realem distinctionem personarum cum habitudine principii ad eum qui est a principio, et vice versa, in eadem numero essentia.

Et proinde est processio ad intra, cuius uterque terminus est cum natura divina realiter idem, ac per consequens, Deus.

Processio divina ad intra (universim) concipienda est ut vera origo unius divinae personae ab alia.

Procedens est ab alio et non dependet.

Procedens est in alio et non recipitur.

Procedens est ad alium et in se subsistit et hoc sine motu, si-ne fluxu, ab aeterno, immutabiliter, nec ulla prioritas principii nisi originis.

Processio divina ad intra (formaliter spectata).

Origo unius personae ab alia vel a duabus tanquam a puro principio per ejusdem numero naturae divinae communicationem.

Vox ipsa "processio" desumpta est ex SS. terminus a quo fit processio dicitur principium (apud latinos) potius quam causa, ut excludatur omissis idea inferioritatis, vel imperfectionis in procedente.

Principio respondet principiatum, sed quia haec vox minorationem importare videtur, personae procedentes potius dicuntur esse a principio quam principiatae. Quamvis processio in divinis, a nobis apprehendatur per modum actionis et passionis, nihil tamen est aliud in re ipsa quam relatio. Rouet 1656.

Graeci absolutius in divinis utuntur nomine cause () ex ipso solam originem significantes et proinde vox illa non eodem modo accipitur sicut cum de creaturis dicitur.

PROCESSIO, in divinis :

1°- passive sumpta est respectus qui ab alio realis, realitate unius numero essentiae divinae, cum qua identifica - tur.

2°- active sumpta est respectus a quo alter realis, realitate unius numero essentiae divinae, cum qua identifica - tur.

Cf. Mercier: La vie intérieure, 344-359 (praesertim 352)

a) In Trinitate, D. Filius propter perfectam consubstantialitatem cum Patre ex quo oritur totaliter incommutato, nullatenus intelligitur mutatus, quamquam totus est productus.

b) In Eucharistia, corpus Xti, propter carentiam omnimodam consubstantialitatis cum pane, in ipsum totaliter mutato, nullatenus est productum sicut nullatenus est mutatum.

c) In creatione, terminus propter suam totalem oppositionem ad non "esse", ex quo transit ad "esse", simul est et totaliter productus et totaliter mutatus.

d) In operibus autem agentium naturalium, omnis actio conversiva simul est et productiva partialiter, et partialiter termini producti mutativa: propter partialem hujus termini consubstantialitatem cum illo ex quo oritur partialiter mutato. de la Taille MF.637.

ADVERSARII : Unitaristae-Sabelliani, Ariani, Semi-Ariani, Pneumatomachi.

N O T A : De fide catholica implicite definita.

Dz., 39, 54, 86, 428, 460, 691.

PROBATUS :

- a) Ex SS.: quia habetur origo personae seu processio per communicationem naturae. Jo., 1,1 et 18; 8, 42; 15,26; Heb., 1,3,5; Eccli., 24,5; I Cor., 2,11 s., etc.
- b) Ex Doc. Eccl.: Dz., 11,13,16,39,54,275-7, etc., etc.
- c) Ex FP.: sic intelligunt textus supra citatos v.g. R.182, 205, 405, 442, 536, 676, 765, 813, 871, 969, 996, 1072, 1658, 2070, 2126.
- d) Ex Theologis et exegesis v.g. Alb. Magn.; S.Th.; S. Bonaventura, Toletus, etc.
- e) Ratione theologica: S.Th., 1,27,1.

DILUVUNTUR OBJECTIONES :

- Thesis 5^a -

PATER A NULLO, FILIUS A PATURE PER VERAM GENERATIONEM EAMQUE INTELLECTUALEM PROCEDIT.

S.TH., 1,27,2; 33,1 et 4; 34,1 et 2; OG.4, cc.2-15; B. De Xto 2, cc.6-20; C. 7,8,9; S. I, cc.5-8; 8 et 9; Petav., 5,6 et 6, 1-10; P. 508-524; Billot, Lohn, etc. L.I, 490529; 469 s., 300-321; 327 - 330; 354-373; 397-422; 444-459; 636-644; II, 635-647.

Quatuor partes :

a) Deus Pater a nullo procedit.

Nota: De fide def. Dz., 39, 275, 428, 704.

b) Filius a Patre procedit per veram generationem.

Nota: De fide def. Dz., 39, 54, 275 s., 432, 703 s.; 704, 1597.

c) Filius a Patre procedit ut Verbum per intellectum.

Nota : 1) Filius Dei appellatur et est Verbum Dei. De fide catholica.

2) Filius Dei, logos, est verbum intellectuale "Verbum mentis paternae".

Theologice certum ex consensu PP. et TT.

3) Filius a Patre per intellectum procedit; Conclusio theologica certa.

d) In Processione Verbi divini ab intellectu Patris ratio formalis generationis verificatur.

Nota: Probabilior et communior.

A.- DEUS PATER A NULLA PROCEDIT .

Ex silentio SS.v. cum interpretatione

N.B.- 1,33,4. 2m.

EX SS.: In SS. tres tantum revelantur personae divinae: P. et F. et Sp. S.

Atqui F. et Sp.S. dicuntur procedere, P. nunquam.
Ergo...

*Quod gratia auctoriter est gratia et necessaria negatur
Atqui procedere Patris ab aliis gratia auctoriter
Ergo gratia et necessaria negatur*

MAJOR est evidens ex 1^a thesi.

MINOR : Stat quia SS. Trinitatem unice ex revelatione, cognoscimus; si de facto Deus Pater procederet, non videtur cur tacuisset Deus processionem Patris cum voluerit nobis revelare processionem Filii et Sp. Sancti.

Cf. Idem argumentum in "De Verbo Incarnato" circa finem Incarnationis. P.IV, 402 s. et postea quando probabitur quod Sp. S. non est Filius nec ejus processio, generatio. 578 ss.

Ex DOC. ECCL. : Supra in nota et multa alia ut videre est apud Dz., In Indice V.b.

EX FP. : v.g. R., 431, 479, 608, 634, 679, 814 s., 880, 915, 917, 932, 934, 936, 983, 1009, 1040, 1081, 1657, 1681, 2220, 2342, 2348. De Regnon, XVI.

CONFIRMATUR RATIONE :

a) Si Pater procederet, procederet a Filio, vel a Sp.Sto, vel ab utroque;

Atqui non potest, nam repugnat principium procedere ab iis quorum est principium.

b) Quia non sunt nisi duae actiones immanentes ad intra : intelligere et velle. P. 510.

Cf. S.Th., I. cit.; CG., 4, 26; Pot., 9, 9.

COROLLARIUM :

Dz. f. 32 *Quia natura divina non procedit*

Ergo natura divina non procedit. P. 511.


Dz., 432; Si procederet multiplicaretur;

Ergo essentiae divinae nequit convenire processio, nec activa nec passiva.


DIFFICULTATES ap. S.Th., loco indicato.

Ex analogia ventus levioris pressio prae - pressio posturale.


longitudinal



Brasil Brasil



~~Some~~ ^{more} ~~Medic~~



b-35

between upper line - recent vegetat.

John De Mille 11-19-1915

$\omega = \rho \omega$ pure magnetization

18

- 2 concentric polythelia at Whitby

2 annular distinct annuli opposite, spec. pract.

2 Oppen whitbyensis 28 April 1922 Concentric
 Whitby whitbyensis
 Pr. later.

2 quad perforata a capitulum + calyx
 then opposite leaves then distichia
 then 1 causal process - has quad leaf
 1 causal calyx
 3 causal white distichia then at least
 4 + then white opposite

2 Tungaria ab uno participio, hence in May green color

Thesis 5a Probatio

Ex Iler.

Pater habet nomen Deus ut propriae agent
Filius habet nomen Dominus
Pater Deus a nullis est
Ergo nomen Pater.

Ex silentio

{ Ex eo quod nomen "Deus" sit proprium

Patri sunt "Dominus" filio
 \neg tal + \neg b : "Deus a nullis est" \longrightarrow P.T.O.

{ Ex interpretatione II at realicie

PP. argunt salvini monachini ex ea
quod Pater inaccessibili, filius ratio

D2 608, 880

Absent Pater ut Deus idem Pater
minusnam D2 + 31 479 634 679
814 f

B, C, D, -

PROCEDIT, i.e. originem habet ab alia persona (Patre) tamquam a puro principio, per ejusdem numero naturae communicationem.

GENERATIO, dupliciter accipitur :

a) Primo sensu, est eductio rei ex nihilo sui, sed non subjecti. Sic intellecta, opponitur corruptioni, sicut creatio opponitur annihilationi.

1, 2, 3: b) Secundo sensu : est origo viventis a principio vivente coniuncto, in similitudinem naturae, non simpliciter cum similitudine naturae. ↗ vi origines

1°- PRINCIPIUM CONJUNCTUM, i.e. principium aliquo modo con-substantiale, in quantum scl. :

- a) vel natura generantis communicatur numero eadem generato;
- b) vel ex unius substantia, natura alterius propagatur.

Genitum enim oportet non solum esse oriens a generato, sed etiam de substantia ejus existens. Etsi Adam processerit vivens a Deo vivente, non tamen a Deo dignitur.

Oriri in similitudinem naturae non idem est ac oriri simile in natura,

2°- Oriri in similitudinem importat propriam tendentiam originis, ratione sui consideratae; requirit ut procedens sit eiusdem cum suo principio naturae, formaliter ex modo procedendi.

Oriri simile in natura praescindit a causa similitudinis, an scl. naturalis similitudo habeatur ex nota distinctiva processonis, an forte ex quacumque alia ratione, v.g. si Adam, virtute sibi divinitus concessa costam a se detractam manibus suis formasset in mulierem, Eva non fuisset genita ab Adamo. Processisset Eva ab Adamo ut artificiatum artifice, qui modus non est "per se" ordinatus ad communicationem naturae sed "per accidens" tt.

Per generationem intellectualem, nempe :

Principium quo proximum (facultas) generationis Filii est intellexus divinus ut est Patris. Ratio igitur cur Pater generat Verbum, non est quia intelligit cum tali relatione. Ideoque licet intelligat Filius, intelligat et Spiritus Sanctus, quia tamen in utroque intellectio invenitur cum relatione opposita relationi Patris, nullus eorum potest esse generans Verbum, sive Pater Verbi.

Principium quo remotum (natura) est natura divina ut habita a Patre.

N.B. - (S.Th., 1, 27, 1, 3um)

1°- Ex hoc quod Deus sit primum principium, sequitur tantum quod habet apud se rationem intellectam rerum omnium. Porro in Deo ratio rerum intellecta est formaliter ipsa divina essentia, quae ut talis nec principium processionis est, nec terminus. Nihilominus, cum operatio intellectualis sit ratio fundans relationes oppositas in quibus consistit processio, ideo suppositis iis quae per regulam fidei innotescunt, non absurde dixit S.Thomas processionem intelligibilem non solum non repugnare rationi primi principii, sed magis includi in ea: fundamentaliter scil. seu per modum exigentiae, quantumvis nobis ignotae.

2°- Patrem generare Verbum, Verbum generari a Patre, Spiritum Sanctum spirari ab utroque, nil aliud importat quam: Esse unam summam essentiam, quae ratione immanentis operationis intellectuae et amativae, est :

in uno relativo, cum relatione principii non de principio;
(Pater)

in altero relativo, cum relatione procedentis a non procedente, (Filius)

in tertio relativo, cum relatione procedentis ab utroque,
(Sp. Sanctus)

Quare intellectio divina est ratio exigitiva (non productiva) cur sit in Deo subsistens relatio generantis ad genitum et vice versa. Et similiter amatio divina est ratio cur sit subsistens relatio spirantis ad spiratum, et e converso. CAVE imaginationem.

Huius
Si v.g. imaginamur :

- a) Personas divinas constitui, ut in humanis, per aliquod absolutum.
- b) Processiones esse ut apud nos actiones effectrices; sic nullum medium evadendi quod F. et Sp.S. haberent Verbum quia semel ac ponitur intellectio divina esse effectiva verbi erit talis in cibis suppositis in quibus est et tunc qualibet persona haberetur Verbum - Ergo distinguendum. Intellectio et conceptio - Pariter de spiratione.

3º- Datur distinctio inter intelligere et dicere, loquendo de interiori dictione intellectus, quae est prolatio seu conceptio verbali.

Omne quidem nostrum intelligere naturale est identice quoddam dicere sive concipere, quia nihil naturaliter intelligimus nisi quod in mente formamus atque concipiimus; unde indifferenter dicimus aliquid concipere, vel intelligere, et vice versa.

Verum rationes formales, quae per utrumque vocabulum significantur, praeterquam quod non semper coadunantur (v.g. in visione beatifica) semper sunt distinguendae.

Nam concipere est producere verbum; intelligere est videre, percipere, apprehendere rem in verbo. Quare intelligere importat formaliter operationem immanentem sine addito, sed dicere importat operationem immanentem cum habitudine ad terminum interius productum; in divinis, cum habitudine ad terminum procedentem.

Ex hac distinctione, solvitur apprensens contradictione in eo quod ex una parte, Pater intelligendo dicat Verbum, et ex altera parte, Filius et Spiritus Sanctus intelligendo non dicant Verbum.

Pariter dicendum de "diligere, amare" et "spirare". Licet Pater et Filius diligendo spirant Spiritum Sanctum, Spiritus tamen Sanctus diligendo, non spirat Spiritum Sanctum.

B.- FILIUS A PATRE PROCEDIT PER VERAM GENERATIONEM.

*Filius vero generis
est vero filius
vero generis.*

1°- EX SS.:

Qui dicitur vere et proprio filius procedit a Patre per generationem.

Atqui secunda persona SS. Trinitatis dicitur in SS. vere et proprio filius, unigenitus Patris.

Ergo secunda persona SS. Trinitatis, seu Filius, procedit a Patre per generationem veram.

MINOR probatur ex multis locis SS., v.g. ex Mt., 11,27; Jo., 1,14 et 18; 3,16; Rom., 8,32; Heb., 1,4 ss.; I Jo., 5,20; I Jo., 4,9; P. 512; Heb., 5,5; Act., 13,33; Prv., 8,24; Ps., 2,7; 109,3.

2°- EX DOCUM. ECCLESIAE, in Symbolis et CC., ap. Dz., 2,15,19,39, 54
69, 86, 276, 703, 1597.

3°- EX PP.:

Patrum controversia cum Arianis, saec. IV, in generatione proprio dicta Filii probanda et defendenda maxime versatur.

D.Th., art. Fils de Dieu, 2248 ss. 2423; Cf. etiam v.g. R. 153, 373 s.; 391, 541, 545, 608, 668, 674, 678, 760, 765, 816, 823, 826, 866, 896, 902, 910, 942, 983, 1039, 1043, 1271, 2085, 2220, 2343.

Generatio illa non est libera (245, 608) 775, 1102, 2106; ne
tamen coacta 775, 879, 1102; sed voluntaria et naturali 145, 862, 879,
971, 1102, 2066, 2068, 2126; Filius tamen non est factus 164, 442, 545,
875, 678, 755, 758, 761, 764 s., 866, 942, 971, 1081, 1086, 2075 s.; sed con-
substantialis Patri (infra) ita ut inter Patrem et Filium sit iden-

titas naturae et distinctio personarum (supra).

C.- FILIUS A PATRE PROCEDIT UT VERBUM PER INTELLECTUM.

N.B.- In nobis principium quod operationis = persona
principium quo est duplex
remotum = natura
proximum = facultas.

*Filius ut Verbum
et genitrix
consubstantia.*

In Deo "quo" et "quod" re identificantur.
 Ergo analogice loquendo dicimus quod in Deo
 hypostases sunt principium processionum ad intra.
 natura divina concipitur a nobis ut principium quo re-
 motum.
intellectus divinus et voluntas sunt principium quo
 proximum operationum divinarum.

Quae in nobis realiter distinguuntur scl. persona, natura, facultas, species impressa, intellectio, verbum mentis, volitic, determinatio voluntatis, spiramen et quae analogice concipiuntur de Deo, haec omnia sunt in Deo re IDEM. Tamen secundum nostrum modum concipiendi debemus dicere quod intellectus et voluntas divina sunt principium quo proximum divinarum operationum immanentium (processionum).

Ex dictis, Processio Verbi est relatio, exsurgens ex actu, quo Pater essentiam divinam comprehendendo gignit verbum seu producit terminum intellectum sine ulla imperfectione creatae productionis : Duplex gradus in probatione :

a) Filius Dei Unigenitus (2a pars) est Verbum :

Ex SS. : Jo., 1,14 et 1, 18 et Jo., 20,31.

Ex Doc. Eccl. : Dz., 65,114,118,148,224.

Sed Verbum illud estne conceptus mentis (idea) sic dictum "verbum cordis"; aut vox, locutio, sermo, sic dictum "verbum oris". Logos ille estne sed. S.Jo. verbum mentis aut verbum oris. Unde ponitur secundus gradus.

b) Filius Dei ut Verbum ab intellectu Patris procedit:

Ex Prologo S.Jo.:

1) Verbum extra Deum prolatum (creatio, revelatio) non est D., persona divina, ab aeterno existens apud Deum (intra).

Atqui Verbum Joanneum est Deus, etc. Ergo...

Si dicitur Verbum esse vocale (non mentale) intra Deum manens, tunc ex Joanne non quidem directe sed indirecte processionem Verbi ex intellectu Patris probaretur.

2º- Filius Dei est Verbum Dei.

Atqui Filius Dei procedit ex intellectu Dei.

Ergo Filius Dei procedit ex intellectu Dei.

Jam Filius, in divinis, procedit a Patre (pars 1^a);

Ergo Filius Dei procedit ex intellectu divino, ut
est Patris.

MAJOR probatur ex Jo., 1,1 ,14 et 18; I Jo., 1,1 et 3;
Apoc., 19,13; (cf. a)).

MINOR probatur:

Verbum Dei est immanens, non vero prolatum sensu
stricto, nam est increatum, aeternum, personale, ideoque non est
accidens.

Atqui verbum immanens procedit ab intellectu.

Ergo Verbum Dei procedit ab intellectu Dei...

3º- Filius est Sapientia hypostatica;

Atqui Sapientia hypostatica procedit ab intellectu Dei.

Ergo Filius procedit ab intellectu Dei.

MAJOR stat ex Prov. 8; Sap., 7 ss.; Eccli., 24 et 24,5
(P.472) cf. I Cor., 1,23 s.; 2,6-8.

AD MINOREM : (P.519)

Sola ratio cur secunda persona in divinis dicatur spe-
cialiter Sapientia est specialis relatio originis ab intellectu Pa-
tris. Eccl., 24,5.

4º- Filius dicitur imago Dei (Col., 1,15; Heb., 1,3; Sap., 7,
25 s.);

Atqui unicus actus immanens ex quo, vi originis, ori-
tur similitudo requisita ut habeatur imago est intellectio;

Ergo Filius Dei procedit ab intellectu Dei ut est Pa-
tris. S.Th., 1,35,1 et 2; P.520.

Ex PP. : Docent: Verbum :

a) esse nomen Filii proprium: R., 45,205,290,632,770,787,899,
969,994,1678,2065,2070,2348;

b) esse Sapientiam Dei: R., 137,165,182,540,611,674,787,816,
899,1264,1460,2075,2348.

- c) sermonem Patris: R., 277, 371, 373, 375, 379;
- d) Splendorem Patris: R., 539, 545, 756, 768, 770, 1072, 2343, 2348;
- e) Imaginem Patris: R., 674, 746, 758, 787, 868, 952, 969, 1006, 1072, 2078, 2348;
- f) Docent Filium procedere a Patre per generationem intellectualem: R. 179, 182, 200, 277, 373, 398, 610, 632, 754, 825, 969, 994, 1677, 1816, 2065, 2083, 2259.

Ex TT.:

D.- IN PROCESSIONE VERBI DIVINI AB INTELLECTU PATRIS, RATIO FORMA-
LIS GENERATIONIS VERIFICATUR.

RATIONE :

a) Cognita revelatione, apparet quousque verificatur in divinis definitio generationis viventium creatorum. Etenim, generatio est origo viventis a vivente coniuncto, in similitudinem naturae, vi productionis;

Atqui, in divinis, processio Filii est origo viventis a vivente, ut patet, in similitudinem, imo in identitatem naturae, ideoque ex principio coniuncto, quum substantia divina sit simul in principio et in eo qui est a principio et "esse" ejus qui est a principio sit ipsissimum "esse" principii. P.514.

b) Negata vera generatione Filii a Patre, subvertitur tota doctrina de Trinitate, de Redemptione, etc., ut ostendebant Patres adversus Arianismum pugnantes. D.Th., art. Arianisme, 1792 s.

SCHOLION I. : Opiniones Scholasticorum medii aevi de principio proximo divinarum processionum.

Schola Ord. Sti. Francisci duce Alexandri Halensis (1245) et S.Bonaventurae (1245); Alex. distinguit inter intelligere quod in divinis diceretur scd. substantiam (absolute) et generare, scd. relativum et proinde natura divina relativa spectata scl. prout est in Patre est principium proximum Verbi quia ut dicit S.Bonaventura negans quod Filius procedat per intellectum: perfecti modi ema-

nandi sunt duo tt. scl. per modum : a) naturae; b) voluntatis; sic etiam inter principes Gulielmus de la Mare (1298), Richardus a Mediavilla (1308). Sic pariter ex ordine O.P.: Petrus de Tarantasia (= Innoc. V 1276); Natalis Hervaeus (1323); Durandus a S. Porciano. Joannes Duns Scotus: principium proemium Filii est memoria. Schola Thomistica = 1,27,3.

SCHOLION II : Quaenam Pater intelligit, dum Verbum dicit? (P.524 - 529).

Omnes : Verbum procedit e cognitione essentiae divinae et attributorum; praeterea v.g.

Scotus : negat V. procedere e cognitione divinarum processio-
num.

Vasquez : negat V. procedere e cognitione Sp. Sti vel creatura-
rum.

Suarez : negat V. procedere e cognitione rerum existentium.

Thomistae: Gonetus, Billuart, Hugon. V. Dei non procedit "per
se" e cognitione creaturarum futurarum, sed "con-
comitant" tt.

Janssens: Billot, Van der Meersch: V. procedere e cognitione
a) essentiae; b) personarum; c) creaturarum pos-
sibilium (quod omnino videtur tenendum) et d) crea-
turarum existentium, quod est probabilius si non
certum et ut videtur admittendum. S.Th., 1,34,1, m.

SCHOLION III : Generatio Filii non est temporalis sed aeterna, non
coacta, nec libera, sed voluntaria et naturalis.
P. 483; Van Noort, 193.

SCHOLION IV : Utrum V. possit dici: a) solum personaliter, an etiam
essentialiter. P.521; b) sermo: P., 523.

SCHOLION V : Num Pater sit sapiens Sapientia genita? P., 522.

DIFFICULTATES : P.Comp., 179-181; W., 377-380; Lohn, 133 s.

Processio ubi in divinis est genere proprie dicta

~~processio propriæ dictæ~~ est origo virentis
a vivente principio coniuncto in similitudinem
natureæ est processio proprie dicta
Atque processio v. in di. est origo ...
Ergo processio v. in di. est genere proprie
dicta.

Mai. q. I. 27. 2. c. q. 4. f. c.

Hic non origo - definitio processio
est origo principii (Ptolemy)
coniuncti (coniunctus) indic
et intelligi
genere & specie substantiae.
~~non~~ ergo de reflexio supra
se ipsum
in qua prima & tertia sententia
(est ipsa dei rationabilis)
in similitudinem natureæ - est cognitio quae
est per similitudinem
et proportionem
et hoc per coniunctionem
atque hyperbolicam

- Thesis 6^a -

SPIRITUS SANCTUS A PATRE ET FILIO PROCEDIT (1a), UT AB UNO PRINCIPIO (2a).

S.Th., 27,3; 36,2-4; Pet., 10,4,5; Contra errores Graecorum, c. 32; Comp.Theol., c.49; B: De Xto II, 20ss.; C: 17; S: 1.10; Palmieri: Esprit Saint dans DTC; Jugie: Theol. dogm. Christianorum Orientalium (1926) I, 154-223; 254-264; Orientalia Christiana 10: La confession orthodoxe de Pierre Moghila (1646) a PP. Malvy et Villemier p.41 s.; Revue des sc. ph. et th. 1929, 636 ss.; Greg., 1929., 461 ss.; Brian Chardinov: L'Eglise russe pp. 43 ss. et notas. P. 529-561. Franzelini: De processione Sp.S.: Examen doctrinae Macarrii Bulgakov. Billot, Lohn, Matiussi; Slipyj: Num Sp.S. a Fo. distinguatur si ab eo non procederet; Slippyj: De principio spirationis in SS. Trinitate.

P A R S P R I M A

SPIRITUS SANCTUS, tertia ex personis divinis de quibus est sermo in SS.

PROCEDIT, i.e. originem habet ex Patre et Filio simul, non ex Patre solo. Seponenda est quaestio grammatica quam moverunt Graeci. P.537; P. Comp., 184.

N.B. - Spiritum Stum. procedere a Patre omnes concedunt, propter Jo., 15,26. Cf., 14,26. Apud PP.: R., 164, 915, 917, 983, 1009, 1038 s., 2126, 2220, 2337. Quae confirmabitur testimoniis quibus PP. docent Sp.S. ab "utroque" procedere. Solum igitur restat probandum Sp. Stum. procedere a Filio; quod acriter negatur a schismaticis orientalibus. Haec negatio implicat a) quaestionem doctrinalem et b) quaestionem historicam; de hac ultima in Scholio infra.

"In reliqua theologiae disciplinae parte, quam specialilem appellamus, perspicue dissolvantur ab Orientalibus passim objecta contra processionem Sp.Si. a secunda persona SSmae Trinitatis, adjunctamque Symbolo fidei vocem FILIOQUE..." (Card. Bisleti, Praef. S. Cong. de sem.) Cf. AAS, 1930, 146-8.

De causa decadentiae Ecclae. Russiacae, cf. A. du C., 1932, 647 ss.

Exceptis Theodorus Mopsuestenus (428) et Theodorus Cyrensis (458) usque ad saec. VI una erat fides ecclesiae tum graeciae tum Latinae, licet alii alia terminologia uterentur. PP. Graeci : Sp. S. a Patre per Fm. "procedit" vel "existentiam habet". PP. Latini : Sp. S. a Patre et Fo. procedit. Saec. VII, vox () displicebat Monothelitis quia Graeci non dicunt Sp. Sm. a Fo. () sed Eum a Patre per Fm. () et similibus "in esse prodire".

Hinc cum saec. IX in Hispania et Gallia, "Filioque" inserta est in Symbolo Nic.-Constpl.; Byzantini notarunt haeresi Ecclesiam lat. Contra quos scripserunt Aeneas Parisiensis (870) et Ratramus Corbeiensis (ca. 868). Pax fortasse fuisset stabilita nisi exstitisset Photius (891) qui voluit doctrinaliter fundare accusationem Ecclesiae graecae; quae doctrina ut dos haereditaria in Schismatis Orientales transiit.

Saec. X et XI Schismatice : Michael Caerulearius, Nicetas Byzantinus philosophus, Euthymius et Theophylactus. Contra doctrinam Photianam : Petrus Damianus (1072), S. Anselmus (1109), Eutymius Zigenitus, Joannes Phurnesius, Nicetas Seides, Nicolaus Methonensis, Andronicus Camaterus, Nicetas Maronensis, Nicetas Acominatus.

Saec. XIII. Dz., 460-467: Contra haec scripserunt Greg. Palamas, Constantinus Acropolita, Maximus Plamides, Manuel Moschopulus, Joannes Chila.

Catholice : Greg. Acropolita (1282), Joannes Veccus (1296), Constantinus Mellitenista, Georgius Mettochita (1328), Nicephorus Blemmides (1272). De hoc ult. R. des sc. ph. et th. 1929, 636 ss.

Saec. XIV usque ad Conc. Flor. (1438-1445).

Schismatice: Nilus Cabasilas (1363), Nicolaus Cabasilas (1371), Theophanus Nicaenus, Matthaeus Blastares, Manuel Palaeologus (1425), Josephus Bryennius, (1435). Post Conc. Clor.: Dz. 691, 703-716;

Schismatice: Marcus Eugenicus, Ephesinus (1444), Joannes Eugenicus (1453) inconstans Georgius Scholarios (Gennadius), 1468. Catholice: Greg. Mammas (1459) Card. Bessarion (1472), Georgius Trapezuntius (1485), Jos. Methonensis (1498).

Recentes theologi Graeco-Schismatici : E. Tandalides, Mesoleras, Mikos Rhosis, Chrestos Andrutsos, Balanos et alii.

Ratione tyrannidis Turcarum, ecclesia graeca saec. XVII ad XIX languebat sed invenit asseclas et sexcentos defensores in imperio Zarorum Russiae.

Theologi Russi-Schismatici :

Saec. XVII Joannes Goljatowsky, Adamus Zarnikow;

Saec. XVIII Theophanes Prokopowisz, Samuel Myslawsky. Occasione unionis pasciscendas cum Vetero-Catholicis quidam schismatici liberaliores ut Janyzew, Bolotow, Swietlow putaverunt processio nem Sp. Sti. etiam a Filio in PP. graecis fundatam esse et saltem ut "theologumenon" admitti posse; haec doctrina ut instillatio veneni "jesuitici" variis censuris et anathematismis notata et rejecta est a Sergio (archiep. Jamburgensi), Alexio Maltzew, Vlodi miro Kierensky, Eugenio Smirnow, Katousky et aliis bene multis.

Sensus hujus partis: Non quidem primordialiter, ut a principio "non de principio", "seu ingenito" non seorsim, sed simul et una cum Patre, Filius "principium genitum" ut activum comprincipium communicat divinitatem Spiritui Sto. Scl. "Filius non est merus aliquis canalis deferens" per quam natura divina a Patre in Sp. Sm. communicatur.

NOTA : De fide definita; Dz., 428, 460, 691, 1084.

*1. agitur de sp. [c]. Ad
2. nonque Dno
3. ex processione inter
quacumque tot*

PROBATOR : (Tria haec argumenta a PP. graecis proponuntur) quod non a se ipso ab altera persona divina nisi ab ea procedat.

1°. EX SS.:

a) Spiritus Stus. accipit et audit a Filio;
Atqui persona divina non potest accipere et audire ab altera persona divina nisi ab ea procedat.
Ergo Spiritus Sanctus a Filio procedit.

MAJOR stat ex Jo., 16,13 ss.

MINOR probatur: quod persona divina accipit ab altera est natura quae communicatur quia non potest accipere accidentia;
Atqui in divinis, accipere naturam per communicationem est procedere. Ergo...

Fraeterea: In processione Sp. Sti., id quod Spiritus Stus. accipit est scientia cum respectu ad manifestationem;
Atqui scientia Spiritus Sti. est essentia Spiritus Sti.
Ergo Spiritus Stus essentiam accipit a Filio, seu procedit a Filio.

b) Spiritus S. mittitur a Filio;

Atqui persona divina ab altera persona divina mitti nequit nisi ab ea procedat;

Ergo Spiritus Sanctus procedit a Filio.

MAJOR, ex Jo., 15,26 et 16,7; 14,16; 20,22; Lc., 24,49;
Act., 2,33; Tit., 3,6.

MINOR probatur :

Mittitur aliquis per communicationem voluntatis;

Atqui persona divina non potest cum ^{altera} communicare voluntate, nisi sit processio, nam tres personae divinae habent unam numero voluntatem, quae identificatur cum earum natura. P.533.
De A et B ; cf. L.I, 471-3; 529-542.

c) Spiritus Sanctus est Spiritus Filii, Sp. Xti.

Atqui non est Spiritus Filii Spiritus Xti nisi ab eo procedat;

Ergo Spiritus Sanctus procedit a Filio.

MAJOR ex Rom., 8,9; Gal., 4,6. Ex contextu in epist. ad Rom. patet sermonem esse de tertia persona SS. Trinitatis. Phil., 1, 19; I Pet., 1,1-10; cf. P.,531; DTC. ESPRIT-SAINT, 762 ss.

MINOR probatur :

Spiritus Stus. non potest esse Spiritus Filii nisi quia habet relationem ad Filium.

Atqui inter personas divinas, non est alia relatio nisi relatio originis;

Ergo Sp. S. habet ad Filium relationem originis, seu ab eo procedit. P.,530. De hoc, cf. L.I, 433-443.

CONFIRMATUR, juxta PP., ex ordine fixo quo Filius semper ponitur medius inter Patrem et Spiritum Stum. P.534.

2º- EX DOC. ECCL.:

Dz., 19,39,83,86,125,277,345,428,460,463,691,703,994,1084,
2035, (460,691,704).

3°- EX PP. LATINIS :

V.g. R., 372, 375, 714, 878, 904, 907, 1284, 1678, 1681, 1839, 1840; ab ipsis Sp. S. dicitur Sp. Filii v.g. R., 378, 872, 1459, 1650, 2212; procedit a Pe. et Fo. sed principaliore modo a Pe. v.g. R., 1678, 1681, 1840.

4°- EX PP. GRAECIS :

PP. graeci eamdem doctrinam SUBSTANTIALITER DOCENT ac PP. lat. sed formulis partim identicis, partim diversis.

a) Quidam formaliter explicite docent: Sp. Stum. a Pe. et Fo., ab utroque, ex ambobus esse.

b) Plures docent: Sp. Stum. essentiam divinam a Pe. primordialiter, fontaliter, principaliter habere, e Pe. procedere, at non de Pe exclusive solo, sed per Fm. ut comprincipium actionum.

c) Diagramma (phantasma) ideoeologiae PP. Graecorum aliud ac Latinorum. Latini considerant primo naturam (scd. substantiam) et postea personas (scd. relativum). "nous employons le triangle pr. symboliser la Ste. Trinité et cette figure répond bien au concept latin du mystère".

De Régnon, 6, 1, 3. Graeci primo considerant personas (scd. relativum) et postea naturam (scd. substantiam). "Le diagramme grec de la Trinité est une ligne droite partant du Père, passant par le Fils et aboutissant au S.-E: d'où les formules" () ou (") " (Ibid.)

"Mais le F. est un canal actif, qui possède en propre tt. ce qu'il reçoit; le S.-E. ne peut donc rien recevoir du Père qu'il ne le reçoive du Fils en même temps et par une identique influence ... Mais rappelons-nous que les Grecs visent tjs les personnes "in recto" et la nature "in obliquo". En d'autres termes, ils conçoivent les personnes comme des contenants et la nature comme un contenu. Aussi le diagramme grec ne doit pas être imaginé comme une ligne pleine, sorte de substratum commun à trois points caractéristiques. Mais ce diagramme consiste en trois globes distincts reliés par la ligne droite des relations qui unissent le principe au terme". De Régnon, 22, 1, 3...

"Sortir en contiguïté du Premier, et sortir par Celui qui sort en contiguïté du Premier" (")

Greg. Nyss. R. 1038. Idem Manuel Calecas apud Pet., 7, 13, 12; (Ibid)

"Nous étendons, sans la diviser, l'Unité dans la Trinité et nous recueillons, sans l'amoindrir, la Trinité dans l'Unité".
Dionys. Alex. Cf. de Régnon, 25, 5, 8. Cf. Hugon: Revue thomiste, 1912, 474.

d) Post testimonia PP. graecorum videbimus quam verum sit id quod est in Dz., 691.

e) Ratio cur PP. graeci non tam urgent nec ita frequenter loquuntur de origine Sp. Sti. a Fo. ac de Sp. Sti. origine a Pe., est ratio apologetica et polemica cum Pneumatomachis seu Macedonianis. Hi cum negabant divinitatem Sp. Sti. docebant Sp. Stum. "a solo Fo. procedere" vel "e Fo. procedere" per creationem. Unde volebant PP. in tuto ponere divinitatem Sp. Sti et inde est quod imprimis originem Sp. Sti. a Patre sollerter probabant et defendebant.

PROBATUR : v.g. R., 479, 611, 714, 770, 953, 1040, 1067, 1081 s., 1086, 1099, 2079, 2348; Sp. S. est spiritus Filii : R., 783, 834, 915, 951, 1099, 2348, Sp. S. principaliore quodam modo procedit a Pe.: R., 951, 1038; immo Sp. S. vocatur imago Filii v.g. 611, 2078.

Praeterea hoc apparet ex eorum ratione argumentandi quae pro cessionem Sp. Sti. a Filio implicite involvit ac supponit. Sic enim arguunt :

- a) Ita logice et ontologice Sp. S. Filio connectitur sicut Filius Patri. Unde per processionem et ratione processionis.
- b) Eadem est habitudo inter Sp. Stum. et Fm., quae est inter Pm. et Fm.
- c) Contra Macedonianos quid docebant e processione Sp. Sti. a Filio sequi: ut Pater sit avus, Sp. vero filius Filii, non negant simpliciter processionem Sp. Sti. a Filio (quod fundamentum difficultatis everteret) sed negando doctrinam Pneumat. alii aliam rationem cur Pater non sit avus Sp. Sti., nec Sp. S., filius Filii.

N.B.- Confirmatur haec nostra interpretatio PP. graecorum ex scriptis (?) Mahometi (632). "Le S.-E. ne manquerait pas de benir et de féconder une telle prière (sol. oratio Mahometanorum: "Dieu seul est Dieu, et il n'y a pas d'autre Dieu que lui. Et Jesus Fils de Marie est l'envoyé de Dieu, son Verbe"), cet E.-S. dont

Mahomed, écho de la dogmatique chrétienne qui l'entourait, rapportait l'origine au Verbe émis par Dieu; "cet esprit (rouh) saint provient de l'"amr"; (Sourate 17,87) car "Dieu, à qui il veut de ses serviteurs, envoie son esprit (rouh) provenant de (min) son "amr" (Sourate 40,15). L'unité consubstantielle du Père, du Verbe et de l'E.-S. reste la révélation suprême de la vie divine dans la perfection du monothéisme, (d'Herbigny) et in nota: Ces formules, dérivées de la foi des chrétiens arabes du 7ème siècle (ante Photium) montrent que la TRADITION COMMUNE DE TOUTE L'Eglise rapportait de façon très spéciale au Verbe, la procession éternelle du S.-E.. Orientalia Christiana, t. 14,2, n.51, p.308.

5^e. RATIONE :

a) *Filius omnia habet quae Pater, excepta paternitate (Jo. 16,15);*

Atqui Pater habet spirationem activam, eamque non ratione paternitatis;

Ergo eam habet, et Filius. P.536; DTC, col.813; S.Th., 1, 36,2.

b) *In divinis omnia sunt unum ubi non obviat relationis oppositio;*

Atqui si Sp. S. non procedit a Filio, inter eos non obviat relationis oppositio et ideo sunt unum;

Ergo Sp. S. procedit a Filio.

AD MAJOREM:

Haec est major ab omnibus admissa et perspicue traditur a PP. et CC. Dz., 280,703. P. 555; R., 1038.

AD MINOREM:

Unica ratio distinctionis realis inter personas divinas quae nobis revelatione innuitur est origo unius ab alia, quia scilicet nemo potest a seipso ut a principio procedere. Ratio humana suadet nullam omnino dari distinctionem realem in ente simplicissimo. Ergo ubi non datur relatio originis, seu relationis, oppositio inter principium et Eum qui est a principio, non datur distinctio realis et habetur unus. Ita sentiunt PP. P.556.

Re quidem vera, si Filius non est principium Sp. S., non major est inter eos oppositio quam inter generationem activam et spirationem activam in Patre, quae realiter sunt unum idemque. P. Comp., 188. Dz., 703, nota.

P A R S S E C U N D A

Principium : id ex quo primum aliquid est, fit aut cognoscitur.

AB UNO PRINCIPIO : Ratio hujus partis est calumnia Graecorum dicentium catholicos statuere duo principia Sp. Sti. P.544; DTC. art. E.-S., 817.

Loquendo nempe secundum analogiam aliarum productionum, dici-
mus Patrem et Filium esse unum principium quod Spiritus Sti.

Principium quod formaliter dicit suppositum in quantum est suppositum subsistens, non praecise in quantum distinctum seu incommunicabile. Quippe, illius est operari cuius est esse, et ideo quidquid est "ut quod" operatur etiam "ut quod".

Sicubi ergo inveniatur aliquod subsistens non incommunicabile, sed pluribus commune (natura divina) nil impedit quominus dicatur principium quod, tametsi, quia commune, suppositum non sit. Hoc sensu, S.Th. utitur aliquando nomine "suppositi indistincti" scl. subsistentis communis. "Creatio, inquit, est opus essentiae divinae; unde est opus suppositi indistincti, prout essentia significatur hoc nomine, Deus". IS, 29,1,4, 2um. Et hujusmodi subsistens commune est duplex : primo essentia communis tribus,

"Sicut igitur P. et F. et Sp. S. sunt unum "principium quod" creaturae, ita proportione servata, P. et F. sunt unum "principium quod" Sp. Sti.

quod Sp. Sti.
Spiritus ergo Stus procedit a Patre et Filio in quantum sunt duo, et in quantum sunt unum: in quantum scil. sunt duo, supposito; in quantum sunt unum, relatione spirationis. Sed dualitas suppositi signat tantum conditionem, quae secundum inadaequatos conceptus nostros, praeexititur ad rationem spirationis. Subsistens vero relatio spirationis dicit formaliter, ipsum principium processus secundum operationem voluntatis. Ergo principium quod Sp. Sti est Pater et Filius quatenus unum sunt i.e. unus spirator (duo spirantes).

Unde "Unum principium" Sp. Sti. non signat "unitatem personae" nec "unitatem solius essentiae" sed "unitatem relationis".

"Dixi superius "proportione servata" quia non datur perfecta aequalitas inter modum quo tres personae sunt unum principium creaturae, et modum quo Pater et Filius sunt unum principium Sp. S. Esse creatorum nullo modo supponit distinctionem personarum; spirare

Sp. Stum scd. nostrum modum concipiendi, distinctionem personalem Patris et Filii ut conditionem praeiam supponit. Sed haec differentia doctrinam traditam non infirmat". (Billot)

Ut multiplicentur substantiva multiplicari debent et a) supposita et b) forma significata, scl. ratio formalis.

Jamvero in spiratione activa :

- a) multiplicantur supposita;
- b) sed ratio formalis non multiplicatur.

Dz., 704; Coll. Lac. VII, 514 b,d; 559 b; 562 a,b; 1689 c; Cf. Eph., 5,31; Knabenbauer in Mc., 10,8: "Unum scl. principium compleatum ad finem a Deo institutum ad propagandum genus. Jam si sint una caro, una quasi natura a Deo in eam unitatem condita" et in Mt. 19,5: "Una caro, unum quasi corpus, quia unum principium integrum ad finem matrimonii constituunt, et propter unam et communem utriusque corporis potestatem" (Estius). Videas tamen 1,36,3,1m. Cf. Van Noort, p. 164 nota.

N.B. - Quo sensu accipiendum est adagium "ACTIONES SUNT SUPPOSITORUM"?

Sunt scl. suppositorum tanquam ultimi subjecti attributionis; non tamen ita sunt suppositorum, ut oporteat multiplicari "principium quod" operationis pro numero eorumdem, si natura in qua communicant per se subsistens est. Hinc potest quidem attribuere operationes naturae divinae, tum Patri, tum Filio, tum Sp. Sto.; sed non potes dicere, Patrem, Filium et Sp. Stum esse tria "principia quae operationum" vel immanentium vel transeuntium ad extra, sed unum tt. "principium quod". Billot, de Deo, p.571. Cf. de la Taille, MF. 514, n.1; 515, n.1.

Scholastici mediaevales unanimiter admittebant Pm. et Fm. esse unum "principium quod" Sp. Sti.; alii autem aliam rationem hujus unitatis proferebant. 1,36, 47um.

N O T A : De fide def. Dz., 460, 691, 704; cf. 1084; et Coll. Lac. VII, 511 a et supra cit.

P R O B A T U R :

EX SS.:

- a) Ibi unicum "principium quod" Sp. Sti., ubi una eademque virtus spirandi.

Atqui P. et F. sunt una eademque virtus spirandi. Ergo...
MAJOR evidens ex dictis.

MINOR : P. habet virtutem spirandi Sp. Sm. quia Sp. S. a Patre procedit. Sed ex Jo., 16,15 omnia quaecunque habet P. (excepta relatione Paternitatis) habet et Filius. Ergo...

Notandum etiam quod Sp. S. dicitur Spiritus Patris, Spiritus Dei vel Domini, vel Xti, Spiritus qui ex Deo est.

b) P. et F. sunt unum "principium quod" missionis Sp. Sti. ad extra. (Cf. infra th. de miss.)

Atqui idem est "principium quod" missionis ad extra, quod et processionis ad intra. Ergo...

MAJOR : Jo., 15,26.

MINOR : Missio in divinis est intimatio voluntatis divinae aeternae cum relatione ad terminum temporalem. Unde idem ab aeterno intimat voluntatem divinam ad intra qui in tempore mittit Sp. Stum. ad extra. Sed Sp. S. accipit missionem temporalem ad extra tum a Pe. tum a Fo... Ergo et P. et F. voluntatem Sp. So. ad intra intimaverunt, essentiam scl. divinam Sp. Sto. communicavere.

EX PP. :

a) Graeci saepe docent unitatem principii operativi in Pe. et Fo. sicut et unius essentiae, etsi non diserte enuntiaverunt, dicendo np. "unum principium quod"; sive quod ipsi hanc quaestionem non respexerunt, sive quod nulla existente necessitate, suam hac in re doctrinam non expresse declarandam existimaverunt. V.g. R., 776, 783, 971, 1067 s., 1082, 2126. Cf. de Groot: Tractatus Hist.-Dogm.III, de SSa. Trin., p.71 (Didymus Alex) p.73 (S.Epiph.) p. 76 ss. (Joan. Damasc.) Lohn, p.160. Magis explicite loquuntur PP. latini, v.g. R.871, 1661, 1662, 1682; P. 546; W.404

b) Indirecte etiam ex omnibus textibus ubi Sp. S. dicitur procedere ex utroque, etc. (supra) et etiam Cavallera: 516, 528, 531 s., 533 (plura testimonia) 534-539, 550 s., 561, 563, 569-571, 576, 584, 586, 589, 594 s., 599, 603. Cf. Dz., 3035.

EX RATIONE :

- a) Personae divinae sunt unum, ubi non obviat originis (relationis) oppositio;
 Atqui inter Pm. et Fm. "prout" spirant Sp. Sm. non obviat originis (relationis) oppositio. Ergo.
- b) Pater et Filius sunt spirantes, non per id quo duo sunt scil. per relationes, sed per id quo unum sunt, scil. per voluntatem seu essentiam, ut videbitur in sequenti thesi.
 Atqui id quo duo spirantes sunt unum quid non potest constitueri duo principia spirationis, sed unum constituit. Ergo Pater et Filius constituunt unum principium spirationis, seu Sp. S. procedit a Patre et Filio ut ab uno "principio quod". Comp., 194, Van Noort, 189.

COROLLARIUM :

Spiritus S. non magis principaliter procedit a Patre quam a Filio, si his verbis indicatur inaequalitas principii; secus vero dici potest si simpliciter significatur ordo originis. P.552.

SCHOLION I :

Recta est illatio : Sp. S. distinguitur a Filio; ergo procedit a Fo. Dz., 280, P. 553-560; Xenia, Thomistica III, 368 ss.

SCHOLION II :

De additamento "Filioque" (ca. 589) Symbolo nicaeno; Dz., 86; P.540; DTC: Civilita Cath. 1929: 2 aug. p.199 ss.; 21 sept. 495 ss. 1930: 15 feb. 301 ss. Dz., 83, 86, 277, 345, 428, 460, 463, 681, 703 s. 994, 1084, 2035; Cav: 533, 538, 571, et pp. 739 et 744; 527, 553 s., 568 anat. 11.

Synodus Toletana III (a.589) inseruit formam "Filioque" ut clarior evaderet numerus personarum divin. contra Sabellianisticos errores Priscillianistarum.

In Gallia et Germania, tempore Caroli M. "Filioque" inter missarum solemnia cantari coepit.

Synodus Aquigranensis (789) a Leone III petuit ut haec additio rata haberetur; Pontifex aludavit doctrinam sed insertioni "Filioque" restitit. S. Henricus, Romanorum imperator, a.1014 a Benedicto VIII obtinuit ut Romae symbolum cum "Filioque" in missae sacrificio caneretur. Conc. Lugd. II et Florentinum additionem agnovit et solemniter sancivit : Dz.,691,1034 et Cav.,p.739; Orientalia Christiana, 1931, t.22, p.22-42; Jugie: Theol. Dogm.,Or. pp.245 - 256.

DIFFICULTATES : Jugie (Ibid) Axiomata photiana, pp.192-223; cf. 179-192.

Photius tanquam diagramma Trinitatis simplicem posuit angulum, cuius summitatem tenet Pater, Fm. et Sp. Sm. hinc inde emittens.

Argumenta Photii sunt difficultates principales contra Iam partem.

1.- SS. docent Sp. Sm. a solo Pe. procedere, cf. Dz.,86.
De hoc textu v.g. R.,871,1082,1656,1682.

Quando X. dicit Petro Mt.,16,17, num vult excludere matrem Petri.

Non si dice a tutti, tutto, tutte le volte.

2.- Argumenta nostra a) ex missione, b) acceptione Sp. Sti.
a Filio, juxta Photium nil valent siquidem :
aa) Pater etiam dicitur missus in SSA. Is.48,16; 61,1.
bb) Jo.,16,13-15: Sensus esset : X. non dixit: "de me" accipiet sed "ex meo" (Pe.) accipiet.

3.- Argumenta ex Spiritu "Filii" "Xti", "Jesu" nil probant
quia P. a Filio procederet nam dicitur Pater Filii; F.a mundo procederet nam dicitur lumen mundi; Sp.S. a suis donis procederet nam dicitur Spiritus fidei, sapientiae, etc.

- 4.- PP. Graeci nunquam affirmarunt Sp. Sm. a Filio procedere
 () sed illum dicunt a Fo. (),
 (), (), (), i.e.
 prodire, effulgere, apparere, profundi, quae omnia mi-
 nuunt missionem non processionem.
- 5.- Sp. S. a Filio procedere est statuere duo principia in di-
 vinis.
- 6.- Spirare Sp. Sm. est hypostatica Patris proprietas.
- 7.- Quidquid P. ad intra producit, ratione personae, non na-
 turae producit.
- 8.- Quidquid in SSa. Trin. consipitur aut commune est tribus
 personis, aut proprium uni personae.
- 9.- In Trin. nil ita duabus personis commune, quod tertiae per-
 sonae non competit.
- 10.- Sicut generatio, ita et processio est a Patre immediate.
- 11.- Tribuere etiam Filio processionem Sp. Sti. est destruere
 consubstantialitatem personarum Trinitatis.

Contra 2am partem : 36,4.

- Thesis 7^a -

SPIRITUS SANCTUS NON EST FILIUS, NEQUE EJUS PROCESSIO EST GENERATIO (1^a pars) QUILA SCD. OPERATIONEM VOLUNTATIS COMMUNEM PATRIS ET FILII PROCEDIT (2^a pars) UT AMOR (3^a pars).

S.Th.,25,3,4; 37,1,2; S. I, cc.5-7; II cc.,1-6; Pet.,7,12-14;
P. 561-590; Lohn...

N.B.- Ratio differentiae inter processiones Fi. et Sp. Sti.
investigari potest absque temeritate, non obstantibus dictis PP. P.580.

COMMUNIS VOLUNTATIS Pi. et Fo. : nempe principium quo proximum (facultas) processionis Sp. Sti est voluntas divina ut Patris et Filii, non autem intellectus aut aliud quid. Unde sicut Filius est terminus intellectionis seu Verbum, ita Sp. Sti. est terminus actus voluntatis, seu Amor (personaliter sumptus).

Principium quo remotum (natura) Sp. Sti, est natura divina ut Patris et Filii.

In secunda parte indicatur praecipua ratio differentiae, cum S. Th.,1,35,2. Aliae rationes minus suasivae afferuntur ab Alex. Halens., S.Bonav., Vasquez, etc. P.568 s., CG.,4,19; Contra errores Graec. 10; S.Th.,1,27,4.

NOTA : 1a pars : De fide cath. Dz.,39,19,277,703,2,6.

2a pars : Sp. Sti. per vol. tem procedit: Theologice certum.

3a pars : Processio Sp.Sti. non est generatio :

- a) quia est scd. operationem voltis: C. et C.
- b) quia ut amor : Pius est hodie C.ius.

^a 1- PARS : Spiritus Sanctus non est Filius, neque ejus processio est generatio.

1°. IN FONTIBUS REVELATIONIS, tertia persona in divinis numquam dicitur Filius, nec genita, sed Spiritus, Paraclitus, procedens, imo negatur esse Filius vel genita; secunda vero persona non tantum dicitur Filius, genita, sed etiam unigenitus;

Ergo Sp. Stus non est Filius, neque ejus processio est generatio.

ANTECEDENS probatur :

De Spiritu Sancto :

- a) Quoad partem negativam, de facto nullus datur locus in SSa, vel in Trad. catholica ubi Sp. Stus dicatur filius vel genitus.
- b) Quod dicatur Spiritus et procedens, Vid. th. (supra) v.g. Jo., 15, 26.
- c) Quod negetur esse Filius vel genitus, v.g. Dz., 19, 39, 277, 703.

De secunda persona:

Dicitur Filius et Unigenitus, (supra). Nempe ex Jo., 1, 14 et 18; 3, 16;
Ex PP. v.g. R. 376, 778, (907), 917, 983, 996, 1009, 1068 s., 1081 s., 1681, 1840, 2220, 2343. Cf. 148.

CONFIRMATUR RATIONE :

Virtuti generativa Patris, in sua essentia infinitae, responderet debet unus generatus. S.Th., 1, 41, 6. Ex eo quod actus unius actus immanentis in divinis exhaustit infinitatem Dei, unus est actus intelligendi et unus actus volendi in Deo. Ergo una generatio et una tantum spiratio. (Eva et Abel procedunt ab Adamo: Abel ut filius, sed Eva non ut filia).

2^a PARS : Sp. S. procedit a voluntate communi Patris et Filii.

1^o- Sp. S. nomine proprio vocatur Spiritus;
Atqui nomine proprio vocari Spiritum, in divinis indicat relationem originis ex voluntate;
Ergo Sp. S. procedit ex voluntate.

MAJOR stat ex pluribus locis SSae, v.g. ex Jo., cc. 15, 16, 17.

MINOR probatur :

- a) Nomen proprium Sp. indicat distinctionem propriam personae quae ita vocatur;
Atqui in divinis, nulla est distinctio inter personas nisi relatio originis;
Ergo nomen proprium Sp. indicat relationem originis.

- b) Hinc Sp. S. exhibetur in SSa ut principium movens voluntatem: Jud.,14,6; I Reg.,16,14; Ex.,1,12; Jo.3,8.
 - c) Nomen Spiritus indicat originem ex voluntate:
Juxta modum communem loquendi, spiratio rationalis (propter analogiam cum spiratione sensibili) indicat motum voluntatis, ut spirare amorem, odium;
Ergo nomen Spiritus indicat originem ex voluntate.
 - d) Multo clarius relatio ad voluntatem apparet ex adjetivo Stus. Nam Stus dicitur Spiritus qui a procedit ex principio sto; secus enim nomen non esset personale;
Atqui sanctitas principii est in ejus voluntate, si-
cut sapientia est in intellectu. P.563. Hinc sanctificatio appropriatur Sp.Sto. V.g. Rom.,5,5; Gal.,5,22; I Cor.,12,11; Eph.,1,13; Jo.,20,22.
- 2º- Ex PP. et TT. ap. P.,564 s., R.611,914,941,950,983,1750.
- 3º- Spiritus S. a PP. vocatur amor, caritas, dilectio (Jo.,4,10; 7,39) et in SSa dicitur donum (Act.,2,38;8,20);
Atqui haec nomina personalia indicant processionem ex voluntate;
Ergo Sp.S. procedit ex voluntate. P.,566; Dz.,277. Cf.R.858,
1561,1670,1678.
S.Aug.: Exiit (Sp.S.) non quomodo NATUS, sed quomodo
DATUS. PL,42,921 a.
- 4º- Exclusione: Secunda persona in divinis vocatur Unigenitus,i.
e. unicus qui generatione procedit; Porro ideo est Filius
et genitus, quia procedit ex intellectu;
Ergo Sp. S. non procedit ex intellectu, nec aliud videtur ex
quo procedat nisi ex voluntate. Van Noort,186. Etenim
praeter voluntatem nulla alia operatio immanens est nisi
intellectio.

3^a PARS : Sp. S. ideo F. non est quia per voluntatem Patris et Fili spiratur, ut amor.

1º- Generatio est productio viventis a vivente principio con-juncto in similitudinem naturae, et quidem vi productio-nis;

Atqui unica ratio cur haec definitio non verificeretur in processione Sp. Sti est quia fit, non secundum operationem intellectus sed secundum operationem voluntatis;

Ergo...

MINOR probatur :

Unica ratio est quia, vi productionis, processio Spiritus Sti non tendit in similitudinem naturae; aliae conditiones omnes adimplentur: habetur productio viventis, a principio vivente con-juncto, et similitudo naturae. Jam processio ab intellectu de se tendit in similitudinem naturae; processio vero a voluntate de se non tendit ad similitudinem obtainendam, sed ad productionem motus, seu impulsionis; Ergo unica ratio cur processio Spiritus Sti non sit generatio, sed productio viventis a vivente... est quia fit, non secundum operationem intellectus sed secundum operationem volunta-tis, licet in divinis habeatur concomitante similitudo naturae sed non vi productionis. 1,25,3 et 4; cf. 30,2,2m.

2º- Ratio quae affertur a Rich. Victor., Alex. Halens., et aliis, est quia Spiritus Stus non ita similis Patri si-cut Filius. Hic enim accipit a Patre foecunditatem ad aliam personam producendam, Spiritus Stus vero non ita. Hanc rationem non admittit S. Th., 1,35,2. P.583 et 586. Cf. Rev. thom., 1930, 508-527.

3º- Ratio, quam proponit S. Aug., R. 1840 est quia, quum Spir. S. procedat a duobus, si diceretur filius ejusque proces-sio appellaretur generatio, suaderetur habere duplicem patrem, vel patrem et matrem, quod in divinis ne cogita-ri quidem debet. Haec ratio minus indicat intimam ratio-nem cur Spir. non dicatur Filius. P.582 et 587.

secundum esse in

<u>per identitatem</u>	<u>per similitudinem</u>		<u>per inclinationem</u>	
<u>Ego (anima)</u>	<u>Intellectus</u>	<u>(Facultas)</u>	<u>Voluntas</u>	<u>(Facultas)</u>
<u>Esse</u>	<u>(Intelligere</u>	<u>Concipere)</u>	<u>(Amare</u>	<u>Spirare)</u>
<u>Ego in esse existens et agens.</u>	<u>Ego intellectus</u>	<u>Ego conceptus scd. <u>esse inten-</u> <u>" esse phys.</u> <u>Ego in esse in-</u> <u>tellectivo.</u></u>	<u>Ego prius in-</u> <u>tell. amatus</u>	<u>Ego prius in-</u> <u>tel. spiratus</u> <u>=ego trahens</u> <u>Ego in esse</u> <u>volitivo.</u>
<u>Substantia</u>	<u>Operatio immanens sine addito</u>	<u>Operatum intel- lectus.</u>	<u>Operatio imma- nens sine ad- dito.</u>	<u>Operatum volun-</u> <u>tatis.</u>
<u>Ego accidentaliter mutatus.</u>	<u>Qualitas</u>	<u>Actio</u>	<u>Qualitas</u>	<u>Actio</u>
	<u>Actus perfectivus</u>	<u>Terminus op.im- manentis.</u>	<u>Actus perfec- tivus.</u>	<u>Terminus op.</u> <u>immanentis.</u>
	<u>per inclinationem</u> <u>voluntas</u>			

SCHOLION I : Num Pater et F. diligent se Sp. Sto.? 1,37,2.

SCHOLION II: Quarum rerum dilectione procedit Sp. S.? 1,37,2,3um.

SCHOLION III: Alia quaedam nomina Sp. Sti. P.572.

SCHOLION IV: De connexione inter processionem Verbi et Amoris: S. Th., 1,27,3,3m; Pot., 10,2,11m. Descoq: Inst. Metap. I, 403 ss.

SCHOLION V : Quo sensu Sp. S. a PP. graecis dicatur imago Filii.? 1,35,2; P.588.

SCHOLION VI: De principio quo processionum divinarum. P.589.

DIFFICULTATES : S.Th., 1,27,4; 35,2; P.548-50; 551; Van Noort, 189; W., 378; Dz., 703.

TESSERA : "Licet enim peccaverit, tamen Patrem et Filium et Spiritum Stum non negavit, sed credidit". (Ordo commendationis animae).

P A R S S E C U N D A

D E R E L A T I O N I B U S D I V I N I S

- Thesis 6^a -

SUNT IN DEO RELATIONES REALES AD INTRA.

S.Th., 1,28,1; I Sent., 26,2,1; CG., 4,14; Pot., 8,1; B.: de Xto., 2,5; S.: 5,1; P. 590-7; Billot... .

PRAENOTANDA : AAS, 1930, 214 Verum tamen etc... .

Unus Deus, bonus, omnipotens ipsa Trinitas; et quidquid aliud non ad invicem relative, sed ad se singuli dicuntur. Hoc enim scd. essentiam dicuntur, quia hoc est ibi esse quod magnum esse, quod bonum esse, quod sapientem esse, et quidquid aliud ad se unaquaeque ibi persona, vel ipsa Trinitas dicitur. Prolata haec quidem subtiliter ac presse: similitudinibus tamen utitur ille (Aug.) aptissimi-
mis, unde mysterium aliquo pacto intelligamus, ut e.v., quando Tri-
nitatis imaginem considerat, redditam in hominis anima quae ad sanc-
titatem progreditur, quaeque, cum sit Dei memor, tunc cogitat ipsum
ac diligit; ita ut aliquantulum inspiciamus quomodo Verbum a Patre
gignatur, "qui omnia quae substantialiter habet in coaeterno sibi
Verbo suo dixit quodam modo", et quomodo Sp.S. a Patre Filioque pro-
cedat, qui "communem, qua invicem se diligunt P. et F., nobis insi-
nuat caritatem". Monet deinde Aug., ut hanc Dei imaginem in nobis
clariorem pulchrioremque, cotidie, usque ad vitae exitum, reddamus,
qui cum advenerit, jam divina in nobis insita imago "ipsa perficie-
tur visione, quae tunc erit post judicium facie ad faciem, numc au-
tem proficit per speculum in aenigmate".

TERMINI : Vid. praenot. de relationibus.

NOTA : Theologice certa : Dz., 278-280, 703 et n. Coll. Lac., 7, 514,
554; In praef. SSae. Trin. :

215

"et in personis proprietas... et in maiestate adoretur aequalitas". Immo TT. censem hanc assertionem ad fidem pertinere propter consensum magisterii. (Coll. Lac. ibid.)

P R O B A T U R :

1º- EX SS.:

Ubi vera paternitas (Pater) et vera filiatio (Filius), ibi relationes reales;
Atqui in divinis vera... etc.
Ergo. v.g. Eph. 3,14 s.; I Jo., 5,20.

2º- EX PP. :

- a) Ad consubstantialitatem personarum probandam, docent paternitatem, etc. significare relationem non autem essentiam, v.g. R. 990, 867, 1459, 1660.
- b) Ex relationibus realibus oppositis probant personas diuinias esse realiter distinctas: v.g. R., 867, 896, 907, 926, 939, 990, 996, 1039, 1067, 1082, 1264, 1459, 1660, 1670, 1672, 1748, 2085, 2212, 2343 s., 2346, 2362. S.AUG.: "Quod proprie singula in eadem Trinitate dicuntur, nullo modo ad seipsa, sed ad invicem aut ad creaturam dicuntur, et ideo relative, non substantialiter dici manifestum est". PL., 42, 918 etiam 936, 945.

3º- EX actis Vaticani : Coll. Lac., 7, 514, 554, 559, 2, 1634 b. 513 (12, 13, 14); 553 (Caput et not.); 565 (Cannones).

4º- EX TT.: v.g. S.Th. Pot., 8, 1 :

"Respondeo dicendum quod sententiam fidei catholicae sequentes oportet dicere in divinis relationes reales esse."

ISent. 26, 2, 1: "Respondeo dicendum quod apud omnes catholicos certum est relationes esse in divinis".

5º- Ubi processio realis, ibi relatio realis.

Atqui in divinis sunt processiones reales. Ergo.

OBJECTIONES :

- Thesis 9^a -

RELATIONES REALES DIVINAE AD INTRA RE SUNT ESSENTIA DIVINIA
(1^a pars) sed RATIONE VIRTUALI AB EA DISTINGUUNTUR (2^a pars).

S.Th.,28,2; I Sent.,33,1; OG.,4,14; Pot.,8,2; B.: de Xto.: 1,
3, et 2,1, S.: 4,5-8; P. 615-623; Billot, Matiussi, Lohn, etc.

1^a PARS : Essentia divina = (); "Sum"; Ipsum Esse subsis-
tens; Iahvē; Ex.,3,13 ss.

ADVERSARIUS :

Gilbertus Porretanus (1154) 1,28,2 TDC 596 ss. Dz.,389 et no-
ta, 390-392; Joachim, abbas Florinus (1201) Dz.,431; DTC 1432, TDC,
602; Durandus (1334): Distinctio inter essent. et relat. non est
pure et praecise sed. rationem, nec simpliciter est realis, sed
aliquomodo realis, scl. sicut res et modus habendi rem. I Sent.,33,
1 n.23.

Duns Scotus (1308) et Scotistae: Rejiciunt er realem identi-
tatem et realem distinctionem sed propugnant formalem non-identita-
tem. Inter scl. essentiam et personas est distinctio formalis seu
ex natura rei seu ante omnem considerationem ex parte intellectus,
I Sent.,2,4.

N.B.- Omnes fatentur aliquam distinctionem admittendam esse.
Dz.,294,296,523,524,703 et nota.

NOTA I :

a) Quod personae divinae sint re essentia divina: De fid. def.;
254,343,431 s.: "Quaedam summa res est Pater, et Filius, et Sp. S-";
Dz.,703: "Hae tres personae sunt unus Deus"; cf. Coll.Lac.,7,514 a;
sub fine: "Eadem (scl.essentia) veraciter est P. qui generat, Fi-
lius qui gignitur, Sp. S. qui procedit, tres simul personae et sin-
gillatim quaelibet earundem".

Et caput 13 ibidem: "Propterea sicut sed. essentiam et sed.
omnia attributa absoluta hi tres (scl. personae) unum sunt" (et in
nota refert nos ad I Jo.,5,7) 539 b: "Propter hanc numericam essen-
tiae unitatem tres personae sunt unus Deus".

b) Quod relationes reales divinae ad intra sint re essentia divina, traditionalis et catholica doctrina tuetur; sola arte cohaeret cum inconcussis principiis theologicis. Coll. Lac., 7, 539 in nota: "Unam summam rem simul habere formalem rationem absoluti et sic esse unam indistinctam essentiam, et formalem rationem relativi seu potius relativorum, atque ita esse tres personas inter se distinctas continetur in ipso dogmate revelato simplicissimae unitatis Dei, et Trinitatis personarum, quae tum omnes tum singulæ realiter sunt ipsa essentia divina, et ideo non aliquo absoluto, sed unice sub formali ratione relativi inter se distinguuntur". Refert nos "ad Conc. Lat." (Cf. Dz. 432); de Pot., 8, 2, 2m, 3m, 11m; Exposit. in Decret. 2, 1; (Cf. 1, 28, 2); I Sent., 33, 1, 1; Cajetan, 1, 39, 1; S. Trin., 4, 4, n. 19; B.: de Xto., 2, 8.

NOTA II :

Essentia divina a relationibus distinguitur ratione virtuali, ad doctrinam catholicam pertinet. Cf. Dz., 389, 431, 523 s.

PROBATOR 1^a PARS :

1°- EX DOC. ECCL.:

a) Dz., 1 ss., 13, 15, 17, 19, 39, 48, 51, 54, 59, 66, 74, 82 s., 86, 201, 213, 231, 254, 275, 277 ss., 281, 283, 294, 296, 343, 389, 420 s., 428, 431 s., 461, 691, 703 s., 708, 993 s., 1595, 3036; Coll. Lac., 7, 539 a, 553 b, 1, 3, 4; 772 c., n. 7 etc.

b) Docetur tres personas esse unum principium operationis ad extra Dz., 77, 254, 281, 284, 421, 428, 703 et hoc immo in efficienda Incarnatione; Dz., 284, 429; Coll. Lac., 7, 514 b, c, d; 540 a.; 553 b, 4, d, 4; 554 b, 562 a, b, c, d; TDC, 546.

2°- EX PP.:

a) Identitatem absolutam implicitè propugnant cum tuentur omnimodam simplicitatem divinam et negant omnem compositionem realem in substantia v. g. R, 164, 371, 378, 424, 451, 502, 596, 737 s., 754, 756, 779, 782, 786, 789, 898, 904, 907, 911, 920, (923), 953, 999, 1029, 1071, (1122), 1266, 1269, 1368, (1481), 1650, 1668 s., 1682, 1752, 2066 s., 2280.

b) Contra Arianos tinentur identitatem inter essentiam diuinam et proprietates (= relationes) personales scil. paternitas, filiatio, spiratio passiva. V.g. R., 768, 776, 778, 915, 926, 996s, 999, 1008, 1017, 1067 s., 1269, 1650, 1660, (1664), (1666), 1672, (1676), 1748, 2084 s., 2090, 2126, 2132, 2251, 2261, 2337, 2362, 2383.

c) Implicite etiam quando docent operationes ad extra, immo et Incarnationem (excepta unione personali Verbi) communes esse tribus personis (agere sequitur esse), v.g. R. 235, 769, 779, 782, 784, 834 920, 949, 1037, 1039, 1071, 1169, 1186, 1661 s., 2132, 2207, 2250, quin tamen negant appropriationem (postea).

d) Pariter docent tres personas necessario ex unitate essentiae divinae inhabitare in animabus justorum, etsi haec inhabitatio Sp. Sto. appropriatur (postea) v.g. R. 36, 40, 251, 607, 770, 780, 788, 813, 1071, 1186, 1283, 1777, 2107, 2114, 2286.

3º- RATIONE THEOLOGICA :

a) Omnia in divinis sunt unum ubi non obviat relationis oppositio. Dz., 280, 703 et not.

Atqui inter essentiam et relationes nulla intervenit relationis oppositio. Dz., 432: Essentia divina non est generans, neque genita, neque procedens.
Ergo...

b) Si relationes re non essent essentia divina, adesset non tt. trinitas, sed et quaternitas, imo et quinternitas, sexternitas, etc. Dz., 432.

c) 1, 28, 2.

d) Supra: pagellas 61 et 62.

2ª PARS : Distinctionum species : vid. primam thesim.

PROBATUR :

1º- EX DOC. ECCL.: Vid. notam; Coll. Lac., 7, 539 b, c, d; 553 b, 3; 553 c, d, III, IV; 554 a; 565 b, etc.

2º- EX PP. :

Praesertim Graeci contra Eunomianos, Aëtianos et Macedonianos propugnant voces: patrem, filium genitum etc. non efferre et indicare essentiam divinam, sed relationes divinas, np. esse ad, v. g. R., 371, 376, 378, 782, 867, 896, 907, 911, 915, 920, 926, 939, 953, 983, 990, 996 s., 1008 s., 1017, 1029, 1039, 1067, 1072, 1082, 1264, 1459, 1582, 1650, 1670, 1672, 1748, 2067, 2085, 2090, 2212, 2220, 2251, 2343 s., 2346, 2362, 2383 s.

5º- RATIONE :

a) Relationes divinae ab essentia divina distinguuntur aliquo modo;

Atqui non distinguuntur ut res a re, neque ut modus a re, neque distinctione formalis Scotistarum, neque distinctione rationis mere ratiocinantis;
Ergo distinguuntur virtualiter.

CONSEQUENTIA stat, nam aliud genus distinctionis non datur.

MAJOR probatur : Si relationes adaequate i.e. et realiter et ratione cum essentia divina, paternitas v.g. ita esset de essentia divina ut nulla persona esset Deus nisi esset Pater;

Atqui hoc est contra totum dogma Trinitarium;
Ergo. P.619. Dz., 389 s., 703.

MINOR probatur per partes :

a) Non distinguuntur ut res a re, ut explicite negatur a Conc. Lat. IV, ap. Dz., 389, 431 s., 703; P.616.

b) Non ut modus a re, juxta opinionem Durandi, nam omnis modus realiter distinctus ab essentia divina, poneret in Deo aliud et aliud, et sic tolleret omnimodam simplicitatem divinam. Praeterea haec sententia est contra modum loquendi Patrum et Conciliorum, praesertim Concilii Florentini, et contra sententiam vix non unanimem Theologorum, Videtur etiam destruere mysterium; vid. Dz., 389, 431; si enim relationes ab essentia aliquo modo realiter distinguuntur. P.617.

c) Non distinctione formalis Scotistarum, nam juxta Scotum, haberetur distinctio quae quidem non debet dici realis sensu usitato, quae tamen habetur independenter ab intellectus consideratione et quae opponitur identitati formalis;

120

Atqui talis distinctio (si existit, nam valde obscura est et a plurimis impugnatur) excludit identitatem inter distincta, i.e. inter personas et essentiam divinam, quod est contra perfectam simplicitatem Dei;

Ergo relationes non distinguuntur ab essentia divina distinctione formalis.

d) Neque distinctione mere rationis ratiocinantis, nam fundamentum habetur distinctionis saltem aequalis distinctioni quae viget inter essentiam divinam ejusque attributa absoluta. (Cf. De Deo Uno) 1,40,3.

B) Ubi duplex ratio formalis in ente re uno, ibi saltem distinctio rationis virtualis.

Atqui in Deo ratio formalis tum substantiae tum relationis invenitur. Ergo...

MAJOR evidens.

MINOR: In Deo, substantiae ratio formalis invenitur siquidem dicitur "ad se" et relationis, siquidem personae "ad alium" dicuntur.

COROLLARIUM :

Relationes divinae sunt subsistentes nam re sunt ipsa substantia divina.

SCHOLION I : Quaenam distinctio virtualis?

Tres opiniones.

Prima : Distinctio inter essentiam et relationes, eadem est ac distinctio inter attributa absoluta et essentiam si agitur de conceptu adaequato essentiae divinae, non autem de explicito conceptu essentiae divinae = (Distinctio virtualis minor). Sic Cajetanus, 1, 27,3; 39,1; Bahñez, Ripa, Joannes a S.Th., 28,1 et 2, Disp. 13, Gonnet, Billuart, Janssens q.28, a.2.

Secunda : In conceptu essentiae divinae non includitur conceptus relationis = virtualis major. In conceptu autem relationis divinae includitur implicite conceptus essentiae divinae = virtualis minor; sic Suarez, Bellarminus, Ruiz de Montoya, Amicus, Noël, Van Noort.

11
121

Tertia : Datur distinctio virtualis major. Ferrariensis CG,2,9; ·
Toletus 1,28,2 conc. 2 et 3; Molina, Vasquez, Becanus, Tanner, Fr.
de Lugo, De Arriaga, Billot, Buonpensiere, Lohn, 1,28,2; 1,39,1.

SCHOLION II : Scala distinctionum in divinis.

Impedimenta expediuntur. S. Th.,28,2; Pot.,8,2.

- Thesis 10^a -

IN DEO SUNT QUATUOR RELATIONES REALES, SCL. GENERARE, GENERARI, SPIRARE ET SPIRARI (1^a pars) ET QUATUOR TANTUM (2^a pars); QUARUM TRES DUMTAXAT SCL. GENERARE, GENERARI ET SPIRARI REALITER DISTINGUUNTUR (3^a pars) ET TRES TANTUM (4^a pars).

S.Th., 28,3,4; 30,1,2; Pot., 2,5,6; S.: 5,2-8; Billot, Matius - si, Lohn.

ADVERSARII : Contra 2am partem:

Duns Scotus et quidam Scotistae: praeter quatuor relationes originis admittunt relationes reales intraneas identitatis, aequalitatis et similitudinis ita ut quidam 22 relationes reales admittant. "Rursus, cum omnes perfectiones divinae distinguantur ex natura rei, sintque omnes infinitae intensive; consequens erit tot esse relationes aequalitatis et similitudinis quot attributa, quae certe ingenit relationum numerum in divinis efficient". (Frassen) Ingens numerus!!! (Hélas, ' et hola!!!)

Contra 4am partem:

Durandus: spirare etiam realiter distinguitur.

Scotus: Spirare a "generare" et "generari" formaliter e natura rei distinguitur.

NOTA : Quoad 4 partes. Communior sententia theologorum et proinde probabilior, si non certa.

Virtualis distinctio communiter admittitur inter spirare et "generare" cum "generari".

PROBATUR 1^a PARS :

1°- EX SS.:

Sunt in Deo Pater, Filius et Sp. Stus., qui sunt personae reales, realiter inter se distinctae;

Atqui ubi Pater, Filius et Sp. Stus. ut personae reales, realiter inter se distinctae, ibi sunt quatuor relationes reales.

Ergo in Deo quatuor sunt relationes reales.

MAJOR: Vid. 1am thesim.

MINOR probatur :

Ubi sunt Pater et Filius ut personae reales, ibi sunt relationes reales paternitatis et filiationis; ubi est Spiritus Stus. ut persona realis ab alia vel ab aliis procedens, ibi est spiratio activa et passiva; Ergo ubi sunt P. et F. et Sp.S. ut personae reales realiter inter se distinctae, ibi sunt quatuor relationes reales.

ANTECEDENS declaratur:

a) Si relatio paternitatis et filiationis non esset realis, sed secundum intellectum tantum, Pater et Filius non essent reales, nec personae essent realiter inter se distinctae, contra thesim iam.

b) Ubi habetur aliqua processio realis ad intra, ibi sunt duae relationes ad intra reales, nempe habitudo principii ad principiatum et habitudo principiati ad principium;

Atque in Deo sunt duo processiones reales ad intra.

Ergo in Deo sunt quatuor realtiones reales ad intra.

c) Ubi sunt duae actiones immanentes, ibi 4 relationes reales;

Atque in Deo sunt actiones immanentes intellectus et voluntatis. Ergo...

N.B... Qui negant spirationem activam esse relationem realem, confundunt relationem realem oppositam correlativa, et relationem realem quae sit ab omnibus aliis realiter distincta. Suarez, I, 5, c. 7, n. 3; S.Th., I, q. 30, a. 2 ad ium.

2º. EX DOC. ECCL.:

V.g. Dz., 278-281, 703 np. voces adhibitae: genitus, non genitus, generans, generando, procedens, filius naturalis non adoptivus, procedens a Pe. et Fo. ut ab uno principio. Cf. Coll. Lac., 7, loco jam ind. P. 594.

3º. EX PP.: Vid. th. praeced. P. 592 s.

4º. EX TT.: P., 596 : 1.28.

PROBATUR 2^a PARS : (Quatuor tt.)

Non dantur in Deo relationes reales, nisi originis.

Atqui non nisi duae origines (processiones) in Deo, et utraque processio duas relationes reales importat. Ergo...

MAJOR probatur exclusione :

a) Nulla est relatio realis inter relationes et essentiam, nam re identificantur; praeterea essentia divina nec est generans, nec genita, nec procedens.

b) Consideratae ut sunt unum cum essentia, relationes personales sunt identicae, aequales, similes, quae relationes rationis tt.

c) Consideratae ut mutuo et realiter distinctae, relationum distinctio et oppositio non est nisi ex origine et processione duplice, quae constituant 4 relationes tt. reales. 1,28,4.

d) Nec ex reali distinctione et oppositione inter relationes consideratas scd. "esse ad" exsurgunt relationes similitudinis aut dissimilitudinis, aequalitatis vel inaequalitatis quia formaliter loquendo vi oppositionis (distinctionis), id quod opponitur, non est esse subsistens(essentia) utriusque extremi, ex quo extrema suam habent realitatem, sed "esse ad" (relatio qua relatio) utriusque extremi, ex quo relatio realis habet ut sit relatio, non autem habet ut sit realis; "ut sit realis" enim habet ex essentia. Cf. Pagellas de Relatione.

PROBATUR 3^a PARS :

1°- Quae relative et realiter sibi mutuo opponuntur, ea etiam realiter distinguntur.

Atqui 3 relationes reales: a) generare, b) generari (a et b = spirare) c) spirari, sibi realiter mutuo opponuntur. Ergo tres relationes realiter distinguntur.

MAJOR : Principium reale et id reale quod est a principio, realiter mutuo opponuntur et distinguntur.

MINOR : Generare realiter distinguitur a generari; Spirare realiter distinguitur a spirari. Sed "generare cum generari" non realiter distinguitur nec opponitur realiter tō "spirare".

MINOR probatur :

Ubi sunt Pater et Filius ut personae reales, ibi sunt relationes reales paternitatis et filiationis; ubi est Spiritus S. ut persona realis ab alia vel ab aliis procedens, ibi est spiratio activa et passiva; Ergo ubi sunt P. et F. et Sp.S. ut personae reales realiter inter se distinctae, ibi sunt quatuor relationes reales.

ANTECEDENS declaratur:

a) Si relatio paternitatis et filiationis non esset realis, sed secundum intellectum tantum, Pater et Filius non essent reales, nec personae essent realiter inter se distinctae, contra thesim iam.

b) Ubi habetur aliqua processio realis ad intra, ibi sunt duae relationes ad intra reales, nempe habitudo principii ad principiatum et habitudo principiati ad principium;

Atque in Deo sunt duo processiones reales ad intra.

Ergo in Deo sunt quatuor relationes reales ad intra.

c) Ubi sunt duae actiones immanentes, ibi 4 relationes reales;

Atque in Deo sunt actiones immanentes intellectus et voluntatis. Ergo...

N.B. - Qui negant spirationem activam esse relationem realem, confundunt relationem realem oppositam correlativa, et relationem realem quae sit ab omnibus aliis realiter distincta. Suarez, I, 5, c. 7, n. 3; S. Th., I, q. 30, a. 2 ad lnum.

2º- EX DOC. ECCL.:

V.g. Dz., 278-281, 703 np. voces adhibitae: genitus, non genitus, generans, generando, procedens, filius naturalis non adoptivus, procedens a Pe. et Fo. ut ab uno principio. Cf. Coll. Lac., 7, loco jam ind. P. 594.

3º- EX PP.: Vid. th. praeced. P. 592 s.

4º- EX TT.: P., 596 : 1.28.

- 2º Personae divinae realiter distinguntur per proprietates stricte personales.
 Atqui proprietates stricte personales sunt re relationes generare, generari et spirari.
 Ergo haec tres relationes invicem realiter distinguntur.
- MAJOR: Dz., 428.
- MINOR: Proprietas stricte personalis divina est id quo persona constituitur.
 Atqui Pater constituitur a "generare"; F. a "generari"; Sp. S. a "spirari". Ergo...

PROBATUR 4^a PARS :

Eatenus essent 4 relationes reales: quatenus "spirare" non identificaretur re cum mutuo inter se realiter distinctae "generare simul et generari";
 Atqui spirare re identificatur cum "generare simul et generari";
 Ergo non 4 sed 3 tt. relationes mutuo inter se realiter distinguuntur.

MINOR: a) Spirare identificatur cum "generare simul et generari" si "generare simul et generari" constituunt unum principium tou spirare.

Atqui ita est. Ergo...

b) Secus haberetur quaternitas personarum.
 Cf. Dz., 431 s..

c) In divinis tum scd. essentiam, tum scd. relationes, omnia sunt unum ubi non obviat relationis oppositio. Dz., 703 et no.

Atqui nulla relationis oppositio inter spirare et "generare simul cum generari".

Ergo...

d) En combinationes possibiles "spirare" :

- 1) Spirare + Spirari = eadem persona = impossibile;
- 2) Spirare convenit Pi. et spirari Fo = 2 personae;
Spirare convenit Pi. et spirari Sp. So = Photius =
2 personae quia quomodo tunc opponuntur F. et
Sp. S.
- 3) Spirari nequit convenire Pi., nec spirare Sp. Sto.
- 4) Nulla remanet hypothesis alia nisi quod spirare =
generare + generari.

D I F F I C U L T A T E S :

PARS TERTIA

DE PERSONIS DIVINIS

PRAENOTANDA :

Persona est subsistens distinctum intellectualis naturae; "haec est formalis ratio, quae ubique veritatem habet, in supposito scil. divino et angelico et humano; nisi quod entitativa realitas, quae definitioni respondet, pro diverso ordine rerum alia est. Mirabili et rationi inexpectato modo divinis personis applicatur, etsi ipsius "esse" vel absolutae subsistentiae, sit ibi infinita unitas et simplicitas, atque a relativa oppositione distinctio sumatur". (Matiussi: de Verbo, p.131 s.). "Principium enim inconcussum est: "Veritates fidei fuisse a Deo revelante, in idiomate, si dicere fas est, naturalium nostrorum conceptum enuntiatas et expressas. Non enim revelatio novos nobis attulit conceptus, non novas ideas elementares, non altioris generis suppeditavit species intelligibles, non elevavit nos ad superiorem illum intelligendi modum quo in statu tt. termini donabimus. Denique, id demum, si quid unquam, evidens manifestumque dici debet: constare doctrinam revelatam iis ipsissimis notionibus quas aliunde a natura comparavimus, quae etiam juxta communes logicae leges, in subjectum et praedicatum per copulam connexa disponuntur" (Billot in Xenia Thom., 1,23). Cum igitur ex fide, Deum esse unum natura et trinum personis, "asserere debemus, conceptus rectae rationis non novos, novo ordine jungemus; et in HOC erit mysterium, quin illud aptis temperamentis facilius reddere et hoc ipso imminuere atque a veritate detorquere velimus. Persona adhuc erit "subsistens distinctum" in intellectuali natura". (Cf. Matiussi, Ibid.) Proinde notio personae, per analysim rationalem inventam accipimus, eamdemque immutatam accipere et retinere debemus, quicquid sit, de singulari modo verificandi ipsam notio personae in divinis. Superevidens est personalitatem divinam et creatam non convenire; hoc non obstante, certo certius "id quod" est "ratio formalis" personae scil. "subsistens distinctum", in Tribus realiter distinctis perfectissime realizatur. Hoc tota traditio catholica credit; hoc omnia Symbola et Conciliorum solemnes definitiones docent; hoc PP. et TT. semper propugnaverunt; hoc

sensus communis fidelium ubique terrarum accipit; hoc Fides Catholica nobis credendum imponit. Ratio theologica idem suadet. 1,29, 3. Cf. Pot.,9,4;

"Si autem principia constituta suppositi creati, v.g. humanae personae consideraveris, facile intelliges duo requiri et sufficere ut verificetur ratio "distincti subsistentis in natura" :

1°- individuum naturae, sive naturam completam prout ad gradum individualem contractam per individualia principia.

2°- "esse proprium" hujus individui, quod scil. in eo sit receptum ut proprius actus in propria potentia.

Ex primo horum habetur distinctum in natura quia differentia individualis, puta socrateitas, facit distinctum in specie seu natura humana.

Ex altero autem habetur subsistens, qui subsistens in creatis nil aliud est quam substantia habens suum "proprium esse in se".

Quodcumque horum tollas, perit ratio suppositi; ubicumque haec duc conjuncta inveniuntur, constituitur suppositum, et in intellectualibus, persona" (Billot⁵, De Verbo, p.81). 3,19,1,4um; Quodlib.,9,4,2um. (Rev. Thom.,1914,129-143; (Ibi multos Sti.Th. textus invenies)).

(Revue Thom. 1919, 1-27) :

"Jam nunc quicad personam divinam, observandum est quod essentia Dei est formaliter "ipsum esse subsistens"; (Thesis 23 ex XXIV: "Divina essentia, per hoc quod exercitae actualitati ipsius "esse" identificatur, seu per hoc quod est ipsum Esse subsistens, in sua veluti metaphysica ratione bene nobis constituta proponitur, et per hoc idem rationem nobis exhibit suae infinitatis in perfectione. AAS, 1914, 383 s.; DA Thomisme 1680; Matiussi: le XXIV thesi etc. p.202.). "Essentia divina est insuper ex necessitate quidditatis suae prorsus singularis, immultiplicabilis, divina atque distincta ab omni supposito quod in numerica ejus unitate non sit. Quapropter si esset incommunicabilis pluribus, etiam ad intra, verifica ret ex sese rationem substantiae undequaque individuae, et ex consequenti personam constitueret eo modo quo Judaei in Deo personam intelligunt". (Sic etiam in theodicea docetur Deum esse ens personale.) "Ast non ita est ut ex fide edocemur". Et ideo ratio "subsistens distincti in natura divina" non salvatur nisi :

- 1°- in eo quod est subsistens propter realem identitatem cum essentia, et
- 2°- aliunde, i.e.: ex eo, quod ex propria sua ratione potest esse distinguens ac distinctum in divinis.

In divinis autem non potest esse distinctio sed. rem absolutam, sed solum scd. rationes. (etsi enim relatio divina sit re "ipsum esse subsistens" divinum, non est tamen de formali ratione tou "esse subsistentis divini".) Superest ergo ut persona in Deo dicat relationem prout est re idem cum essentia seu subsistentia divina. Unde S.Thomas: "Persona divina formalis significatio significat distinctum subsistens in natura divina; et quia hoc non potest esse nisi relatio vel relativum, ideo materialis significatio significat relationem vel relativum". (Pot., 9, 4).

Si autem relatio significatur nomine concreto per modum rei subsistentis, tunc ponitur in recto in definitione: Persona scl. divina est "relativus in natura divina subsistens". Sine autem nomine abstracto et per modum formae, tunc relatio ponitur in obliquo: Persona scl. divina est "subsistens in natura divina, relatione distinctum". (Billot, Ibid. p.79 s.)

"Cum persona dicat distinctum (incommunicabile) subsistens intellectualis naturae, ratio personae divina, supposita realitate processionum, in sola relatione potest salvari, quia nihil aliud potest esse distinctum ab alio intra divinitatem ipsam; alias ponentur plures essentiae absolute, et multa alia impossibilia sequentur".

Si autem persona divina significat relationem incommunicabilem qua subsistentem, consequens est, tot esse in Deo personas, quot dantur in Eo subsistentes relationes individuae, id est, incommunicabiles; vel, quod idem est, quot dantur relativi inter se invicem realiter oppositi. Ergo tres sunt personae consubstantiales. Nam licet quatuor numerentur relationes, una tamen earum, nempe "spirare", non est relatio individua, sed Patri Filioque communis sit necesse est: idque ex duplice principio:

- a) quod non est distinctio in divinis praeter eam quae ex oppositione relativa consurgit;
- b) quod oportet Amorem procedentem originari a terminis intelligibilis processionis", scl.scd. actionem immanentem voluntatis quae supponit actionem immanentem intellectus.

(Billot, 7, De Deo Trino, p.656 s.)

Nec in divinis ullam imperfectionem ponit numerus.

Imperfectio numeri ex hoc habetur quod :

- a) sumitur a quantitate: jamvero non sumitur a quantitate in divinis, quia nulla quantitas in Deo;
- b) potest augeri; jamvero 3 tt. personae in divinis nec plures excogitari possunt;
- c) potest minui; jamvero pauciores personae quam 3 in divinis excogitari nequeunt;
- d) potest componi, exsurgit scl. ex compositione. Jamvero 3 personae non componunt phisice inter se siquidem realiter distinguuntur, nec phisice componunt cum essentia quia re identificantur cum ea.

Nec enim metaphysice componunt; licet enim relationes, quales, ab essentia distinctione rationis maiore distinguuntur, tamen :

3 personae ex parte qua distinguuntur, non uniuntur, et ex parte qua uniuntur, non distinguuntur.

Cum numerus a quantitate non sumitur a quantitate, remanet ut sit a multitudine, scl. numerus transcendentalis.

Ille numerus non est quantitativus sed transcendentalis, non absclutorum sed relativorum, non infinitus, nec finitus sed determinatus, non determinatione limitationis sed distinctionis ab omni numero qui non sit relationum subsistentium, eodem scl. modo quo unitas Dei, formaliter qua unitas, nec finita, nec infinita sed determinata determinatione distinctionis ab omni unitate quae non sit ipsius Esse subsistentis. (Quodl., 7, 6).

"Nil aliud ponit numerus in divinis, ait Billot quam ipsas personas de quibus dicuntur, simul cum indivisione circa unamquamque earum".

- Thesis 11^a -

SUBSISTENS DISTINCTUM INTELLECTUALIS NATURAE, QUAE PERSONAE DEFINITIO EST, HABETUR IN DEO, PROUT RELATIO AB OPPOSITA RELATIONE SEIPSIA DISTINGUITUR (incommunicabilitas "ad intra") (2^a pars) EADEMQUE PER IDENTITATEM CUM DIVINA ESSENTIA ABSOLUTE SUBSISTIT (subsistens "ad intra"; incommunicabilitas ad extra) (1^a pars).

S.Th., 29; 40,2; I Sent., 23,1-3; 26,1,1; 2, 1 et 2; Pot., 8,3; 9, 1-4; S.: 5,3; 7,5-8; P. 597-605; Billot, 7, 458-473; Matiussi, 94-98 et 246 s.; Lohn etc.

CAVE imaginationem. Quando loquimur de constitutione personae in divinis, constitutio illa non ad instar alicujus compositionis realis e personalitate (incommunicabilitas) et natura communis (materia et forma) imaginanda est, nec immo ad instar alicujus compositionis logicae aut si quid aliud hujusmodi. Vid. paginas de relatione, p.8.

N.B.- In tu to collocamus quod relationes "generare", "generari" et "spirari" sunt tres personae divinae, quae conclusio est theologice certa.

- a) Tres personae divinae sunt realiter Ipsum Esse subsistens; Atqui tres relationes invicem oppositae et incommunicabiles sunt realiter Ipsum Esse subsistens.
Ergo tres personae divinae sunt tres relationes invicem oppositae et incommunicabiles.
- MAJOR : Dz., 431 s.; Vid. Coll. Lac.: 213, 278, 39 initio.
MINOR : Dz., 703 et not. 2; 691, 280.

- b) Persona divina est subsistens, distinctum, incommunicabile in natura divina;
Atqui tres relationes divinae sunt aliquid subsistens, distinctum, incommunicabile in natura divina.
Ergo...
MAJOR : Definitio personae.
MINOR : a) Sunt distinctum quid realiter: generare non est generari nec spirari; generari non est spirari nec generare; spirari non est generare nec generari.

b) Incommunicabile, Metaphysice repugnat ut principium qua "principium", fiat sub eodem respectu, idem ac id quod est "a principio" qua tali i.e. qua "a principio" sub respectu sub quo est "a principio".

c) Subsistens: siquidem re sunt ipsum esse subsistens.

^a 1^a PARS : Subsistunt relationes reales divinae per identitatem cum Divina Essentia, utique subsistente, quam sit ipsum Esse irreceptum. (subsistens "ad intra"; incommunicabilis "ad extra").

PROBATUR :

Relationes reales divinae per identitatem sunt Ipsum Esse Subsistens, Irreceptum.

Atqui omnis relatio realis habet realitatem (esse) suam ex "esse in alio" (accidens in creatis) quod in divinis vertitur in "esse in se" = "esse quoad se" = "esse subsistens" divinum = Ipsum Esse subsistens, irreceptum.

Ergo relationes reales divinae subsistunt per identitatem cum Divina essentia subsistente quam sit haec ipsum esse irreceptum.

MAJOR : Dz., 431 s. et multa alia documenta ecclesiastica.

MINOR : Vid. Praenot. de relatione.

^a 2^a PARS : Relationes reales divinae ab oppositis realibus relationibus, seipsis distinguuntur. (incommunicabile ad intra - id quo formaliter relatio divina est persona).

PROBATUR :

Relationes reales divinae eō distinguuntur, quō opponuntur.

Atqui relationes reales divinae opponuntur seipsis.

Ergo seipsis distinguuntur.

MAJOR : Omnia sunt unum in divinis ubi non obviat relationis oppositio.

MINOR : In divinis possumus loqui de fundamento logico relationis realis, non autem de fundamento ontologico, quia divinae relationes reales non resultant sed subsistendo seipsas ponunt et opponunt, nec sunt ut quo subjectum refertur ad aliud, sed simul quo et quod refertur. Ratio negandi fundamentum ontologicum est ipsa simplicitas naturae divinae. Vid. Praenot. de relatione, p. 9 s.

COROLLARIUM I :

Relationes divinae qua relationes non sunt perfectiones.
Vid. thesim lectoris. In contrarium. P.623-628.

COROLLARIUM II:

Relationes divinae qua relationes nil addunt ad perfectionem substantiae divinae.

PROBATOR :

1º- Eatenus relationes qua tales (ad aliquid) in divinis adderent aliquid ad perfectionem substantiae divinae quatenus ex sua propria ratione (ad aliquid) ponerent aliquid, non autem solum relativam oppositionem et distinctionem;

Atqui ex sua propria ratione (ad aliquid) relationes non ponunt aliquid, sed solum relativam oppositionem et distinctionem;

Ergo relationes qua tales (ad aliquid) non addunt quidquam ad perfectionem substantiae divinae.

MAJOR: Patet, ex eo quod perfectio importat "aliquid".

MINOR: Stat ex analysi relationis scd. suum esse ad.

2º- Ex Dz., 279, 343, 420, 432, 461.

3º- Ex PP. v.g. R., 996, 1667, 1670, 2090.

4º- Ex S.Thoma. Multis in locis.

DIFFICULTATES : Apud S.Th., loc. cit.

- Thesis 12^a -

PERSONA DIVINA RELATIONE INCOMMUNICABILI UT SUBSISTENTE CONSITUITUR; ADEOQUE RELATIONEM INCOMMUNICABILEM UT SUBSISTENTEM SIGNIFICAT.

S.Th., 29, 4; 40, 2; I Sent., 23, 3; 26, 1, 1; 26, 2, 2; Pot., 8, 3; 9, 4; S.: 7, 5-8; P. 603; Billot, Matiussi, Lohn...

Thesis praecedens potius apologetica; hac in thesi potius scholastica quaeritur quid sit formale constitutivum personae divinae, id scil. quo, sed. modum nostrum intelligendi, persona divina sit "subsistens incommunicabile" et consequenter in secunda parte quid nomine personae divinae significetur. Pars prima agit de formali constitutivo; pars secunda, de formali significatione.

^a- PARS : (Id quo essentia divina incommunicabilis "ad extra" sed communicabilis "ad intra", redditur incommunicabilis "ad intra" in Patre et in Filio et in Spiritu Sto, ut tres personae, invicem distinctae, quae in eadem numero natura divina subsistunt).

Opiniones Scholasticorum Medii Aevi :

a) Praepositinus (1210), Gulielmo de Rubione() Walters Catton () opinantur hanc inquisitionem esse otiosam cum personae divinae seipsis constituuntur et seipsis realiter ab invicem distinguuntur.

b) Gulielmus d'Auvergne (1249) Robertus Grosseteste (1253) Petrus Joan. Olivi (1298). (Cf. Dz., 480-4) Jacobus de Viterbo (1307) Joan. de Ripa (). Persona divina constituitur aliqua proprietate absoluta, quae ab essentia divina virtualiter distinguitur.

c) Bonaventura, Joan. Peckham, Guil. de la Mare, Ockham; persona divina constituitur processione originis. Pater est pater, quia generat.

d) Joan. Duns Scotus (Oxon. I Sent. Dist. 28, q. unic. nn. 23-40 et 3 Sent. Dist. 1, 5) ut probabilem sententiam defendit, et multi scotistae ut v.g. Frassen, Hieron. a Montefortino : Divina persona

aliquā proprietate absolutā, hypostaticā constituitur in ratione personae. Sed nostram amplectuntur sententiam, quia fontes fidei potius huic favent.

e) Petrus Lombardus (1160) Rob. de Melun (1167) Petrus de Poitiers (1205) Guil. d'Auxerre (1231) Joan. Neopol (1336) et alii bene multi, simpliciter sine profundiori explicatione docuerunt: persona divina constituitur proprietatibus personalibus, proprietatibus originis, proprietatibus relativis.

f) S.Th., Thomas de Sutton, (1300) Nat. Hervaeus (1323) Petrus d'Aquila, Aegidius Romanus, Henricus Gandav. et multi alii post Doctorem Angelicum: Persona divina constituitur persona, relatione incommunicabili qua subsistente.

Mediaevales ponebant constitutivum personae divinae vel in proprietate absolute (Scotus) vel in proprietate originis (Bonaventura) vel in proprietate personali relativa (Lombardus). Post-tridentini theologi communius admittunt sententiam S.Thomae sed hanc doctrinam non eodem modo omnes declarant.

- 1) Durandus, Suarez, Pesch. Relatio qua relatio i.e. sed. purum "esse ad" jam est quaedam perfectio et entitas, adeoque, ut talis, relatio potest tribuere personae divinae subsistentiam distinctam.
- 2) Cajetanus (1,40,1) Joan. a S.Th., 16,1, n.24; Billuart, 4, 2. Juxta illos, purum "esse ad" duplex adimpler munus :
 - a) in actu signato, quatenus est aliqua entitas relativa in se, ut "quo" scl. subjectum afficitur, constituit personam.
 - b) in actu exercito scl. ut "quod" actu refert subjectum ad terminum, distinguit personas jam constitutas in actu signato (cf. a).
- 3) Bannez, 1,40,3, conc.1, Salmanticenses, Billot, Capreolus Sent., 1,26,1. §3 et 2 contra 2m Ferrariensis Cg., 4,26. Sic exponunt.

1c. Relatio realis divina constituit personam divinam.

Unde paternitas, sed. propriam rationem paternitatis, quae certe est ratio relativa realis, constituit personam Patris. Pater generat, quia Pater est; non autem est pater quia generat. (Bonav.)

2°- Relatio realis, qua relatio realis, duo importat: "In" (quo est realis relatio) et "Ad" (quo est relatio) et in divinis "in" vertitur in "esse subsistens".

3°- Persona, in ratione personae, duo importat: "Subsistens" et "Incommunicabile".

4°- In adaequata consideratione personae divinae (scl. subsistens incommunicabile) dicendum est: Relatio divina realis v.g. paternitas, sed. quod dicit "subsistens" constituit personam Patris in ea ratione qua persona est "in se subsistens"; et eadem relatio, prout dicit "ad", constituit personam, in ea ratione qua persona est "incommunicabilis".

5°- Inadaequata consideratio personae divinae potest signare elementum "subsistens" vel elementum "incommunicabilis".

6°- Inadaequata consideratio personae divinae sensu moderno, et ut aiunt, formalissimum constitutivum personae signat "incommunicabilitatem".

Unde dicendum quod :

7°- Deus Pater est paternitas ut subsistens,
Deus Filius est filiatio ut subsistens,
Deus Spiritus Sanctus est spiratio passiva ut subsistens.

NOTA : Probabilior.

P R O B A T U R : (E notione personae)

1°- Persona divina eo constituitur quo "Esse Subsistens" constituitur incommunicabilis in Tribus;
Atqui "Ens Subsistens" constituitur incommunicabilis in Tribus relatione incommunicabili qua subsistente;
Ergo persona divina constituitur relatione incommunicabili qua subsistente.

MAJOR : Etiam persona divina est "Subsistens incommunicabile".

MINOR: Luce meridiana clarius patet, supposita revelatio-ne, naturam divinam esse "ad intra" communicabilem; ergo non ipsa tribuit incommunicabilitatem. Sed duo tt. praedicamenta in divi-nis: scd. substantiam et scd. relativum. Unde relatio qua relatio constituit personam incommunicabilem et relatio qua realis scl. subsistens seu qua re idem cum substantia, constituit personam qua subsistentem.

2º- (Exclusione)

Personae divinae constituuntur aut
 a) aliquo absoluto, aut
 b) aliqua processione, aut
 c) aliqua relatione;
 Atqui neque a) neque b); Ergo c)...

MAJOR: Ab omnibus admittitur.

MINOR:

1º- Non a) quia in Deo omnia sunt re unum ubi non obviat relationis oppositio; ergo non ex hoc haberi potest nota "incommu-nicabilis", quae tamen pertinet ad essentiam personae.

Non b) Processio considerari potest aut 1) active, aut 2) formaliter aut 3) terminative (passive);

Atqui neque 1, neque 2, neque 3; Ergo...

Non active quia sic considerata jam est persona divina existens et communicans esse divinum.

Non formaliter quia sic est emanatio seu origo perso-nae; atqui haec est via et tendentia ad personam constituendam, non autem ejus formalis ratio.

Non terminative quia processio terminative est persona formaliter jam constituta.

2º- Non a, nec b, quia personalitas est aliquid ipsi per-sonae intrinsecum, immanens;

Atqui processiones non significantur ut aliquid per-sonis intrinsecum, immanens. Ergo...

^a PARS : Significatio nominis = ratio objectiva quam nomen exprimit et ad quam exprimendum impositum est.

Nomen potest aliquod aut formaliter aut materialiter significare.

Formaliter: id designat ad quod designandum formaliter inventum est v.g. homo = animal rationale.

Materialiter: id designat in quo ratio nominis etiam salvatur et verificatur v.g. homo = aliquid habens cor et cerebrum.

Nomina: Aequivoca; univoca; analogia.

PROBATUR :

1°- Persona est subsistens incommunicabile;
Atqui relatio divina realis qua relatio dicit "Incommunicabile" et qua realis dicit "Subsistens (abs)";
Unde persona divina dicit relationem Incommunicabilem qua Subsistente. 1,29,4; Pot.,9,4.

2°- Persona divina significat id ipsum quod est Pater et Filius et Spiritus Sanctus;
Atqui P. et F. et Sp. S. sunt id ipsum quod relatio incommunicabilis ut subsistens; Ergo...

COROLLARIUM :

In significatione personae divinae relatio ex propriis afferit solum distinctionem et incommunicabilitatem, non autem subsistenciam. Hinc si SUBSISTENTIA sumatur pro eo a quo personae habent subsistere, sic una tantum in Deo subsistentia (absoluta) praedicta est. Si autem sumatur secundum usum non infrequentem pro hypostasi subsistente, sic tres subsistentiae concedi et possunt et debent. Quarta vero subsistentia nullo possibili sensu admittitur. Billot, 7,471 s.; P.605-614; Lohn, 286-293.

SCHOLION I.. Utrum innascibilitas constitutat personam Patris.
Pot. 10,3.

SCHOLION II.- Cur Spiratio activa non constituit personam?

Persona importat "incommunicabilitatem"; jamvero Spiratio activa est communis Patri et Filio. Unde recte Bellarminus: "Multiplicatio suppositorum in divinis non est necessarium ad conservationem speciei, nec ad perficiendum unum ex alio, sed quia id postulat natura rei intelligentis, quae duos habet modos producendi aliquid intra seipsam, videlicet, cognitionem et amorem. Quae etiam est ratio cur sint tres personae tt. et non plures, nec pauciores; una enim debet esse producens, non producta; alia producta per amorem". De Xto, 2.12.

SCHOLION III.- Personae divinae distinguntur relationibus originis, non autem processionibus. 1,40,2. P. 604.

SCHOLION IV.- Relationes divinae distinguntur seipsis reduplicative sumptis, non autem seipsis specificative sumptis.

DIFFICULTATES :

- SECTIO 3^a -DE PERSONIS COMPARATIVE SPECTATIS

Duplex caput: a) in ordine mutuo ad se, personae comparari possunt: scil. de proprietatibus, notionibus, aequalitate et perichoresi.

b) in ordine ad extra; scil. de operatione divina eminenter transeunte, de appropriatione et de missione.

P A R S P R I M A

PERSONAE IN ORDINE MUTUO AD SE

- Thesis 13^a -

SUNT IN DEO TRES PROPRIETATES PERSONALES ET QUINTA NOTIONES.

S.Th., 32,2-4; 40,4; 41,1-6; S. 5,10; 6,1-7; 7,1-5; P.632-642.

1^a PARS :

Proprietas (Stricte) = ratio objectiva quae alicui personae divinae convenit (innascibilitas, paternitas, filiatio, spiratio activa, spiratio passiva): (proprietas personarum) = 5 (strictius) = ratio objectiva quae uni tt. personae divinae convenit (innascibilitas, paternitas, filiatio, spiratio passiva): (proprietas distinguens) = 4 (strictissime) = ratio objectiva quae uni personae exclusive convenit ita ut eam in ratione personae constituat: (proprietates personales) = 3.

NOTA: De fide, certum.

PROBATUR :

a) Sunt proprietates personales in Deo;

1°. Ex Doc. Eccl.

In Praefat. SS.Trinitatis: "Et in personis PROPRIETAS et in essentia unitas et in majestate adoretur aequalitas. Dz.281,296, 428,1597; Coll. Lac.7. Passim, loc. jam citatis.

2º- Ex PP.: v.g. R.896, 915, 926, 939, 952, 970, 983, 996, 999, 1009,
1082, 1660, 2212, 2343s., 2362.

3º- Ratione theol.: 1,32,2 et 3; 1,30,2,1m.; 40,1,1m.;
I Sent., 26,2,3; 27,1,1; Pot., 9,9,21m.; 10,5,12m.

b) Sunt tres tt.

Ratione theol.: 1,40,3 et 1,30,2,1m.

2ª PARS : Notio = propria ratio cognoscendi personam divinam
= formale principium cognoscendi et dignoscendi
personam divinam. 7,32,2,2m.

Tres conditiones requiruntur ad rationem notionis:
Aliiquid np. a) proprium; b) pertinens ad relationem o-
riginis; c) pertinens aliquo modo ad dignitatem. I Sent. 26,2,3.

PROBATUR :

a) Sunt in Deo notiones personales.

Notiones sunt rationes quibus nostro intellectui personae
divinae notificantur;

Atqui praeter proprietates personales quae distinguunt per-
sonas ab invicem, persona Patris nobis notificatur per suam innas-
cibilitatem, personae vero Patris et Filii per spirationem acti -
vam communem;

Ergo praeter proprietates, sunt in Deo notiones personales.

Unde proprietates stricte personales sunt notiones, non vice-
versa. 1,32,2.

b) Sunt quinque: 32,3 et 4.

SCHOLION I.- Relatio, proprietas, notio sunt eadem res sub diver-
so respectu spectata.

Relatio importat respectum ad correlativum.

Proprietas importat respectum ad personam quam constituit.

Notio importat respectum ad intellectum cui manifestatur.

Unde v.g. Paternitas est :

relatio scd. quod ad filiationem refertur;
proprietas scd. quod Patrem in ratione Patris constituit;
notio scd. quod est pro nobis principium cognoscendi Pa -
trem;
persona scd. quod est subsistens incommunicabile.

SCHOLION II.- Essentia significatur ut "quid".

Persona significatur ut "quis".
Proprietas significatur ut "quo".

SCHOLION III.- Persona, processio, proprietas comparatae cum re -
latione.

Persona est relatio ut subsistens;
Processio est relatio ut actio;
Proprietas est relatio considerata ut forma qua persona indi -
viduatur.

SCHOLION IV.-

Quaedam nomina in divinis non dicuntur nisi essentialiter, quae -
dam nonnisi notionaliter v.g. dictio, quaedam nonnisi personaliter
v.g. Verbum; Amor autem dicitur et essentialiter et notionaliter
et personaliter.

1°- Essentialiter, tunc nomen non importat nec processionem, nec
relationem realem, nec proprietatem, nec notionem, sed tantum ab -
solutum et relationem rationis.

2°- Personaliter tunc nomen significat personam i.e. distinctum
subsistens, per modum subsistentis. Sic v.g. nomen significans re -
lationem Patris in concreto.

3°- Notionaliter, tunc nomen enuntiat aliquid ad relationes per -
tinens, sed per modum formae, vel proprietatis vel actionis perso -
nalitis. Sic v.g. notionaliter dicitur relatio Patris quando signi -
ficatur per modum formae, ut paternitas, vel per modum actus, ut
generatio.

Essentialiter dictus AMOR significat operationem amandi; notio -
naliter dictus, significat communem notionem Patris et Filii quae

est relatio spirationis; personaliter dictus significat ipsam personam spiratam, i.e. Sp. Sm.

SCHOLION V.- Ex dictis, in Deo sunt:

Unica natura;

Duae processiones: (scd. intellectum, scd. voluntatem);

Tres personae;

Tres proprietates stricte personales (paternitas, filiatio, spiratio passiva);

Quatuor relationes reales (Generare-i; spirare-i);

Quatuor proprietates distinguentes (Paternitas, filiatio, spiratio passiva, innascibilitas);

Quinque notiones = quinque proprietates personarum (Paternitas, filiatio, spiratio activa, et passiva, innascibilitas).

SCHOLION VI.- Actus notionales et actus essentiales.

P. 638.

- Thesis 14^a -

PERSONAE DIVINAE SUNT SIBI INVICEM AEQUALES; ADEOQUE NULLA
PERFECTIO IN ALIQUA PERSONA DEEST, QUAE IN ALIIS REFERITUR.

S.Th., 42,1,4,6; I Sent. 19,1,1; S. 3,9 et 10; P.623-632;
Billot, Lohn...

- Quae in a) natura convenientur endem;
- b) quantitate convenientur aequalia;
- c) qualitate convenientur similia. Unde

AEQUALITAS (formaliter) = convenientia sine excessu unius prae altero, sub respectu quantitatis.

Nonnisi inter plura distincta vigere potest.

Quantitas est molis, et virtutis; prima non existit in Deo.
Unde nequit agi nisi de aequalitate virtutis seu perfectionis. Aequalitas perfectionis (idem dicendum de aequalitate quantitatis) est duplex.

Absoluta aequalitas: convenientia plurium sine excessu unius prae aliis in perfectione omni scl. scd. numerum earum, speciem et intentionem.

Relativa aequalitas: convenientia plurium sine excessu unius prae aliis in aliqua tt. perfectione.

Perfectio = id cui nihil deest.

Perfectio = id cujus nihil est extra.

Ratio ejus formalis in hoc est quod semper et ubique perfectio importat actum essendi aliqualem. Gradus actus illius essendi determinat gradum majorem minoremve ipsius perfectionis.

^a PARS :

ADVERSARI : Ariani, Semiariani, Pneumatomachi.

NOTA: DE FIDE DEF. Dz.13,19,39,54,68,70,75,78,79,276ss.,279,343,
(368),428,461,703s.,708,cf. 59,66,74,80,83,86,213,254,275,
420,431 s.,461,993 s.

PROBATOR :

1°- Ex doc. Eccl. Vid. notam.

2°- Ex PP.:

- a) Directe v.g. R. 779, 899, 903, 1582, 1677, 2212, 2216, 2261.
- b) Indirecte:

1) Ex consubstantialitate personarum v.g.

R. 153, 277, 392, 398, 409, 540s., 677, 755s., 758, 767 ss.,
783s., 787, 866, 868, 880, 880, 896, 909, 912, 914, 940, 952,
994, 996, 1040, 1043, 1062, 1072, 1081s., 1168, 1246, 1284,
1271, 1286, 1650, 1656, 1677, 2079, 2114, 2126, 2199, 2216.

2) Ex coaeternitate personarum v.g.

R. 130, 182, 200, 205, 391, 393, 401, 431, 442, 470, 539, 609, 611,
668, 676, 679, 760s., 813, 816, 823, 877, 910, 934s., 936,
1009, 1014, 1049, 1262, 1316, 1460, 1816, 2076, 2126, 2343.

3°- Ratione theol.:

a) Ea absolute aequalia sunt in quibus nil majus aut minus;
Atqui in Trinitate personarum divinarum nil majus aut
minus ut docet Symbolum Quicunque Dz.39. Ergo...

b) 1, 42, 1, 2, 4 et 6.

2^a PARS : Sententiae diversae :

A.- Tres sunt perfectiones relativae in divinis: sic Toletus,
Greg. de Valentia, Suarez, Tanner, de Lugo, Amicus, de Arriaga,
Silv. Maurus, Munc. Sed alii aliter explicant.

B.- Relatio sed. purum "esse ad" est perfectio contradistincta
ab absoluta perfectione essentiae divinae, sed non tres dan-
tur in divinis, perfectiones relativae sed una tt... Sic:
Vasquez, Ruiz de Montoya, Franzelin, Pesch; Eamdem tenent et-
si ex diversis praesuppositis et diversis argumentis quidam
O.P.: Bannez, Joan. a S.Thoma, Contenson, Gotti.

C.- Relatio, qua realis, est re essentia divina, quae infinita perfectione gauget. Sed relatio, quae est realis, spectata qua relatio, ex propriis scl., non est perfectio (nec absoluta, nec relativa, si de facto haec concipi potest), immo caret perfectione PRAECISIVE saltem, etsi NON NEGATIVE. Sic Scotus, Mastrius, Capreolus, Ferrarensis; Cajetanus, Salmanticenses, Molina, Belalminius, Becanus, Kleutgen, Billot, Matiussi, Lohn.

NOTA : Probabilius et communius.

PROBATUR :

1°- Ex Missali Romano:

In Praef. pro festo SSae. Trinitatis: "Quod enim de tua (Pater gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Filiō tuo, hoc de Sp. So., sine differentia discretionis sentimus.

2°- Ex PP.

a) v.g. R.990; 996: "Quid ergo est, inquiunt, quod Spiritui deest, ad hoc ut sit Filius? Nisi enim aliquid deesset, Filius es- set Deesse nihil dicimus. Non enim Deo quidquam deest". etc...

De hoc textu sic de Groot (Trac. Hist.-Dogm. III, p.66) "Quae verba probant insuper, juxta Naz., conceptum relationis in divinis nullam superaddere perfectionem conceptui essentiae". (Vid. thesim lect. Arg. D pp. 83-86), R.1459,1650,1667,1670s.,2090.

b) Ex textibus ubi ostendunt identitatem naturae in perso- nis sola ratione distinctis, indirecte erui potest intentum nos- trum v.g. R. 376,414,636,862,867 (Et unum sunt qui invicem sunt. Invicem autem sunt cum unum ex uno est). R. 881,902,907,915,926, 939,952 (Unus et unus et unus; unum) R.970 (numera separatim Pm. et Fm., unam in utroque essentiam confitentes) R.971,1009,1039,1067, 1082,1264,1582,1660,1672 (Trinitatem relatarum ad invicem persona- rum, et unitatem aequalis essentiae) 1748,2067,2085,2212,2344,2346, 2362.

c) Quando explicant Patrem esse "aliquomodo" majorem Filio, numquam id ostendunt ex aliqua perfectione vel relativa quae es- set in Pe. et non in Filio v.g. R.

d) Ubi docent personas esse alium et alium et alium sed non aliud.

e) Ubi docent v.g. ipse Pater est ipsum id quod est ipse Filius.

3º- Ratione.: Ad modum corollarii primae partis, sic:

Si relationes divinae ex propriis sunt perfectiones, explicari nequit aequalitas personarum.

Si enim relationes divinae, ex suo formaliter, important in se positivam perfectionem, jam explicari nequit, nec intelligi, quomodo Stus Stus aequalis sit, sive Patri, sive Filio.

Pater enim, duplum haberet hujusmodi perfectionem, scilicet paternitatem et spirationem activam, et similiter Filius, filiationem et spirationem activam. Jamvero cum paternitas, filiationem, spiratio activa et spiratio passiva, si perfectiones important, important necessario aequales, quomodo perfectio numero una acquare potest duas perfectiones, quarum singulae, ipsi aequales ponuntur. Si enim paternitas, aequalis est filiationi, filiationem spirationi activae, haec spirationi passivae, possumus scribere brevitatis causa: $P = F = Sa = Sp$

Ex aliunde, habemus etiam:

$$a) P \cdot Sa = Sp, \text{ et}$$

$$b) F \cdot Sa = Sp.$$

Unde erui potest:

$$a') P \cdot Sa = Sp = Sa = P$$

$$a'') P = Sa - Sa = (\text{zéro}) = F = Sa = Sp.$$

Aequatio b) posset eodem modo tractari, cum eodem exitu.

Quid inde concludendum est, nisi quod una perfectio relativa, non potest esse aequalis, summae duarum perfectionum relativarum, quarum singulae aequales sunt primae, nisi omnes aequales sint (zéro).

Objici posset, quod Paternitas et Spiratio activa, non sunt in Patre duae perfectiones relative, sed unica, quia in Patre, Paternitas est Spiratio activa. Respondendum est, quod, perfectiones relativae, sortiri eamdem condicionem ac relationes, necessario deberent: siquidem, ex hypothesi, sunt elementum formale relationum. Atque, in Patre, vere sunt duae relationes (et duae notiones),

et pariter in Filio; e contra, in Spiritu Sto, unica est relatio (et notio); et hoc, a theologis omnibus admittitur. Secus dicendum esset, quod Pater generat Filium, Spiratione activa, aut est principium originis, respectu Stus Sti, paternitate (aut Filius, filiatione), quod dici nequit.

Nec idem est ac dicere, secundum nos, non quod Pater habeat duas perfectiones, praeter essentiam, sed quod, in simplicitate sua absoluta simul invenitur, servatis servandis, ex una parte, semel in praedicamento substantiae, et ex altera parte, bis in praedicamento relationis. Quod non est compositio ejus, quod est in Patre, sed compositio, aut potius pluralitas praedicamentorum, in quibus collocatur, id quod est in Patre: Substantia et Relatio; et quantum ad praedicamentum relationis, diversae relationes: Paternitas et Spiratio. Id quod est in Patre est idem ac id, quod est in Filio et Stu Sto; sed non pertinet ad idem per relationum, sed solummodo ad unum ex iis. Nullo modo ad relationem quae est in Spiritu Sto. Quae conclusio nostra confirmari potest ex e. quod, si esse ad est perfectio, non tantummodo, Sptus Stus non est aequalis, sive Patri, sive Filio, sed nec una persona est aequalis, duabus aliis simul sumptis, et multo minus, una, aut duae personae aequant toti Trinitati: hujus tamen oppositum, omnino catholice contumeliam est, ut pulcherrime scribit S. Augustinus, De Trin., l.6,c.10, n.2, sub fine, PL.,42,932... Possent citari v.g. in proemio, c.8, cf. PL.,42,947 (circa medium); in l.6, c.7, n.9, cf. PL.42,929; et paulo inferius c.8, initio; et l.15, c.3,n.5, PL ,42,1059 sub fine: "etiam, in hoc libro, paruit Trinitatis aequalitas, et non Deus triplex, sed Trinitas; nec quasi, aliquid duplum esse Patrem et Filium ad simulum spiritum Stum; ubi nec tria plus aliquid sunt quam unum horum". Videant adversarii quomodo hi textus rationabiliter explicari possint, et cum eorum doctrina quadrare. Nec aliter sentit Angelicus v.g. in ISent.,42,4. ad 3, sub fine: "Unde neque omnes relationes sunt majus aliquid, quam una tantum; nec omnes personae, majus aliquid, quam una tantum; quia tota perfectio divinae naturae, est in qualibet personarum".

Unica ergo perfectio, in divinis est; et proinde, relationes, non ponunt perfectionem novam, sed tantummodo, distinguunt et opponunt atque solummodo indicant modum alium, quo eadem absoluta perfectio, a qualibet persona possideatur.

Immo, Angelicus negat, aequalitatem attendi posse, circa relativa, nam in I Sent., 42,4. ad 2. scribit: "Ideo, aequalitas in divinis... secundum essentialia attenditur; nec potest secundum distinctionem relationum, inaequalitas dici". Jamvero, si esse ad importaret perfectionem, non solum, penes essentialia attenderetur aequalitas, sed etiam secundum relativa, ut patet, ex omnibus viis ab adversariis tentatis, ad explicandum quomodo perfectiones relativae, non obstant aequalitati personarum. Sed ibidem pergit S. Th., et allegat auctoritatem S.Aug. (cf. Contra Maximum, l.2, c.18, n.3, sub fine, PL. 42,786) Et sententia Aug. latius exponitur in De Trin. l.5,c.6,n.7, circa medium PL.42,915...

Aequalitas ergo, nequit attendi nisi circa ea quae ad se dicuntur, circa nempe substantiam. Nec alio sensu, in l,42,4,ad 2m., licet aliis verbis, explicat S.Th., textus contra Maximum supra citatum: "Paternitas igitur est dignitas Patris, sicut et essentia Patris. Nam dignitas est absoluta, et ad essentiam pertinet. Sicut igitur, eadem essentia, quae in Patre, est paternitas, in Filio est filiatio; ita eadem dignitas, quae in Patre est paternitas, in Filio est filiatio.

Vere ergo dicitur, quod quidquid dignitatis habet Pater, habet Filius... Eadem enim est essentia, et dignitas Patris et Filii, sed in Patre, est secundum relationem dantis, in Filio secundum relationem accipientis". Secundum ergo Augustinum et Angelicum quidquid magnitudinis, quantitatis, aut dignitatis, quidquid dicuntur secundum essentialia, secundum essentiam aut secundum substantiam, vel ad se, hoc solum in divinis perfectionem involvit, et quidam absolutam atque ad essentiam pertinentem. Si autem volunt explicari aequalitatem personarum, respondent semper eas aequales esse, quia eamdem habent perfectionem absolutam; de perfectione relativa seu, de perfectione esse ad, altum servant silentium; indicant solummodo, modum alium possidendi eamdem absolutam perfectionem: secundum relativum, ait S.Aug.; secundum relationem dantis aut accipientis, ut dicit S.Th..

EXCIPUNTUR DIFFICULTATES :

- Thesis 15^a -

EXISTIT CIRCUMINSESSIO PERSONARUM DIVINARUM QUAE EST SCD.
COMMUNITATEM ESSENTIAE, INTELLECTUM RELATIONIS ET RATIONEM ORIGINIS.

S.Th., 42,5; I Sent., 19,3,3; S. 4,16; Pet., 4,16; de Regnon, 6,4; Kleutgen, 1089 s.; Scheeben, 1035; P. 642-648; Billot, Lohn... DTC. Circumsession; JTs. 1928, 242 s. (perichoresis, Prestige).

CIRCUMINSESSIO (Circumincessio, circumcessio, circumpermeatio), perichoresis et () apud Graecos seu mutua divinarum personarum ad invicem inexistentia definitur. Personarum immanenter ad intra procedentium et sine confusione realiter distinctarum intima ad invicem inexistentia propter identificationem carum cum uno numero essentia divina. P. 642, 646.

Momentum hujus doctrinae in hoc est quod breviter exprimit ly duos aspectus fundamentales dogmatis Augustissimae Trinitatis: Trinitas in Unitate, Unitas in Trinitate; effert Unitatem, contra Tritheistas et Trinitatem contra Sabellianos, Monarchianos et Unitaristas. Est corona tractatus quia haec doctrina supponit omnes de Trinitate ad intra quaestiones jam disputatas; est corollarium totius doctrinae expositae.

^a PARS : EXISTIT CIRCUMINSESSIO.

NOTA : De fide.

PROBATUR :

1°- EX SS.:

Jo. 1,1,2,18; 5,30,36-39; 8,295; 10,30,38; 14,9-12, 23s.; Jo., 12,41 et Is., 6,1 ss.; 15,23; 16,14s.; 17,3,6-11,21s.; I Cor., 2,11; I Jo., 2,23; 2 Jo. 9. (I Jo., 5,7).

2°- EX DOC. ECCL.:

Dz. 48,276 (ex utero Patris. Cf. Jo. 1,18); 280s.; 432,703 s., 1596. In Breviario, in hymno ad Laud. fer. 2.: "In Patre totus Filius et totus in Verbo Pater." In festo SSae. Trin. Ant. 3.

Il Noct.: "Te semper idem esse vivere et intelligere profitemur.
 Ant. Bened. sancta et individua Trinitas; Idem ad Magnif. in 2 Vespere. Post. comm.: "sempiternae sanctae Trinitatis, ejusdemque individuae unitatis confessio." Coll. Lac. 7,564a: "hanc unam non multiplicabilem essentiam tribus quae inter se, non autem ab essentia realiter distinguuntur, esse communem." "Eadem (essentia) veraciter est Pater qui generat, F. qui gignitur, Sp.S. qui procedit." ... "Scd. essentiam et scd. omnia attributa absoluta hi tres unum sunt." Vid. 539,553,1632: "Essentia (divina tribus personis communis re et numero una est." AAS 1930, 216 ss.: "Dicimus adorandum Patris et Filii et Sp.Sti. in unitate divinae naturae Trinitatem" ubi etiam et alia testimonia inveniuntur.

3º- EX PP.;

a) v.g. R.677, 755,768s.,862,866,915,945,1072,1379,1582,1665, 1667,2068,2083,2251,2261,2344.

b) Ex omnibus textibus supra allatis ubi probant: 1) Consustancialitatem personarum; 2) processiones ad intra divinas; 3) relationes reales in divinis.

4º- EX TT.: 4 Cg. 9 ultima paragraphus; I Sent., 19,3,2 corp..

2º PARS : (De ratione formalis circumsessionis)

ADVERSARIUS :

Suarez (4,16,n.11,12) Ruiz de Montoya, Silv. Maurus, Picciarelli (p.1356-8) Muno. censem rationem formalissimam circumsessionis in divina immensitate reponendam esse. "Consisteret sol. in praesentia intima et inseparabili atque perpetua scd. immensum ubi, ratione cuius implicaretur contradictio quod una persona esset alius ubi nisi ibidem praesens esset alia persona. Ut patet illud "ubi" est altioris ordinis, non autem "ubi" locale". Utique! sed vix intelligibile est ubi intrinsecum etiam altioris ordinis quia ubi est extrinsecum locato. "Sicut esse vestitum dicitur ex adaptacione vestium ad corpus. Quemadmodum igitur evidenter fabulosus est intrinsecus modus vestitionis, quo quis formaliter vestitus evaderet, ita et modus ubicationis (Billot) citatur a de la Taille MF. 630-2a col.

NOTA: Probabilis.

PROBATUS :

A.- Scd. communitatem essentiae:

1°- Ex prima parte: cum personae tres sint re eadem unica essentia, intrinsece repugnat ut personae tres non sint ad invicem in tribus; ac proinde communitas essentiae est radicalissima ratio, etsi forte non unica, perichoresis.

2°- 4 Cg. 9 in textum Jo.14,10.

B.- Scd. intellectum relationis:

Habetur circum sessio personarum, scd. intellectum relationis, quando una persona nequit concipi quin concipiatur altera;

Atqui nulla persona divina concipi potest quin concipiatur altera;

Ergo habetur circum sessio personarum, saltem in ordine logico.

MINOR probatur: Personae divinae sunt relationes reales subsistentes;

Atqui nulla relatio concipi potest quin concipiatur ejus terminus, seu ejus correlativum;

Ergo nulla persona divina concipi potest quin concipiatur altera. P.646.

Ibi Cajetanus bene notat quod scd. relationes, qua relationes, unum oppositorum, non est in altero nisi scd. intellectum quia Pater, qua Pater ad Filium est, non autem in Filio, qua Filio. Ut dicit S. Th. in Pot.2,5: "Ipsa enim paternitas est divina essentia, nec tamen Paternitas Filio inest, propter oppositionem paternitatis et filiationis." Cf. Dz.48ss., R.1667,2065,2068,2078s., 2083,2259. S.Th. ISent.,19,3,2.

C.- Scd. rationem originis: Termini operationum immanentium necessario manent in principio unde procedunt;

Atqui Filius et Sp. S. sunt termini operationis immanentis;

Ergo manent in principio unde procedunt, et sic habetur circum sessio.

Ita rem explicant PP. et TT. ap. P. 645. Cf. Dz.281, §.915, 2067,2085. De A,B,C, simul: 1,42,5.

DIFFICULTATES :

P A R S S E C U N D A

DE PERSONIS DIVINIS IN ORDINE AD CREATURAS.

- Thesis 16^a -

TOTA TRINITAS, UNICA OPERATIONE, TRIBUS PERSONIS COMMUNI,
CUNCTA AD EXTRA PRODUCIT; AD MANIFESTATIONEM TAMEN FIDEI TRINITATIS,
CONVENIENS FUIT ESSENTIA LIA ATTRIBUTIA PERSONIS APPROPRIARE.

S.Th., 45,6,7; 39,7,8; C. 8,9,17; P. 639-642; Billot, Lohn.

1^a PARS :

N.B.- Possuntne personae divinae ad extra aliquid personaliter operari, sicuti per actus notionales F. et Sp. S. ad intra procedunt. Ratio dubitandi est quod in SSa. Creatio tribuitur Verbo. (Jo.1,3; Heb.1,10) in Symbolis autem Patri; Incarnatio Xti tribuitur Sp. Sto. (Mt.1,18,20; Lc.,1,35); Continuatio item Redemptionis (Jo.14,16s.; Rom.,5,5; I Cor. 12,11) item inspiratio Scripturarum et Prophetarum (2 Pet. 1,21) etc. Quaestio illa solvitur in prima parte.

OPERATIO: est actus quidam (S.Th. in metaph. 1,9,1,8 n.1861 Cathala).

Unus motus est actus et moventis et mobilis (ibid. 2311). Unus motus scd. substantiam est actus moventis et moti, sed differt ratione. Est enim actus moventis "ut a quo", actus autem mobilis "ut in quo"; et non actus mobilis "ut a quo", neque moventis "ut in quo". Et ideo actus moventis dicitur "actio", mobilis vero "passio". (Ibid. 2312)... "Sed si actio et passio sunt idem scd. substantiam, videtur quod non sit diversa praedicamenta. Sed sciendum quod praedicamenta diversificantur scd. diversos modos praedicandi; ... motus scd. quod praedicatur de subjecto in quo est, constituit praedicamentum passionis. Scd. autem quo praedicatur de eo a quo est, constituit praedicamentum actionis." (Ibid. 2313). Unde actio, qua actio, est tt. in paciente subjective.

UNICA OPERATIONE scl. "unum principium quod" cunctorum ad extra productorum. "Principium quod" enim dicit suppositum in quantum suppositum dicit "quid subsistens" non praecise in quantum dicit "quid distinctum" seu incommunicabile. Agere enim se - quitur esse, et ideo quidquid est "ut quod" operatur etiam "ut quod". Sicubi ergo inveniatur aliquod subsistens non incommunicabile, sed pluribus commune, nil impedit quominus dicatur "principium quod", tametsi, quia commune, suppositum non sit. Inde S. Thomas aliquando utitur nomine "suppositi indistincti", scl. subsistentis communis: "Creatio est opus essentiae divinae; unde est opus suppositi indistincti, prout essentia significatur hos nomine, Deus. Actiones utique sunt suppositorum tanquam ultimi subjecti attributionis non tamen ita ut oporteat multiplicari "principium quod" operationis pro numero suppositorum, si natura in qua communicant per se subsistens est. Hinc potes attribuere operationes naturae divinae, tum Pi., tum Fo., tum Sp. Sto.; sed non potes dicere: P. et F. et Sp. S. sunt tria "principia quae" operationum vel immanentium vel transeuntium ad extra. Cf. I Sent. 29,1,4, 2um et supra.

PRODUCIT: Sensu aliquo lato hic, siquidem applicatur Creationi, Conservationi, Concorsui, etc. etc.

Illa operatio unica est actio Dei formaliter immanens, virtualiter transiens. P. III, 39.

ADVERSARI :

Ariani et Pneumatomachi. Filius a solo Patre procedit ut prima creatura ex nihilo producta, et Sp. S. est prima creatura solius Filii.

Gunther: Tribuit tribus personis hypostatico diversas operationes ad extra.

NOTA : De fide definita: Dz. 77,254,281,284,421,428,429,703s.; Cf. 1782,1805 TEC, 611e,f; (Dz.213); 611h,i; 612 s.

PROBATUS :

1º- EX SS.: Jo.5,17,19,21,22; I Cor.,12,4-7,
Cf. P. III,35.

2º- EX DOC. ECCL.:

Supra et Coll. Lac.7. Schema: col.514, cap.13. "Propterea sicut scd. essentiam et scd. omnia attributa absoluta hi tres unum sunt; ita etiam omnis divina operatio ad extra una communis est tribus personis; operantur enim ad extra, quatenus essentia, intellectu, voluntate, omnipotentia sunt unus Deus. Quare haereticam declaramus sententiam, si qui dixerint, hunc mundum ita ab una divina persona creatum esse, vel universim singulas personas ita ad extra operari, ut operatio non sit eadem communis tribus personis".

Et in c.14: "Quamvis vero Incarnationem Filii Dei tota Trinitas operata sit, solus tamen Filius formam servi accepit in singularitate personae, non in unitate divinae naturae; in id quod est proprium Filii, non quod commune Trinitati."

Et in canonibus correspond. col. 565. I,4: "Si quis creationem aut quamvis aliam operationem ad extra uni personae divinae ita propriam esse dixerit, ut non sit omnibus communis, una et indivisa; A.S."

Col.540: Principium enim quo Deus operatur ad extra, est ipsa natura divina, seu potius operatio in Deo non est aliud quam ipsa absoluta essentia divina cum connotatione termini ad extra. Quamvis ergo sint tres personae, quae operatur, est tamen una trium operatio sicut est una natura.

Ita S.Agatho: ...una essentialis ejusdem sanctae et inseparabilis Trinitatis voluntas et operatio, quae omnia condidit, dispensat et continet.

Col.554: "Et quoniam in Deo omnia unum sunt, ubi non obviat relationis oppositio, una est voluntas et operatio, qua Trinitas sacrosancta cuncta extra se condidit, disponit et gubernat. Neque enim personae divinae extra se scd. originis relationes, quibus distinguuntur, sed scd. quod sunt unum et singulare principium operantur.

Col.554,b,4: De operatione Dei "ad extra": Sicut "una est natura, qua personae operantur, ita una est operatio, etsi tres sint operantes, cum e contrario in Xto unus sit operans sed duplex operatio. Haec autem veritas dudum definita"... 1632d, s.; 1636 d,4; 1659 c.;

3°- EX PP.: V.g. R.171,207,235,458,714,769,779,782,784,834,
920,949,1037,1039,1071,1134,1169,1166,1403,
1564,1661s.,1702,2132,2207,2250,2264,2285,
2356.

Sic pulcherrime S.Greg. Nyss. "Quamquam tres divinae hypostases effectis a se rebus consulant atque prospiciant, nihilominus providentia ac omnium moderatio una est, non tres, quae a SS.Trinitate peragitur, non tamen pro numero personarum, quae in fide considerantur." (Ad Ablab. PG. 45,127) et S.Jo.Damasc.
"Cum divinae personae non sibi quaeque proprio modo neque sibi propria electione ac divisione singulae velint et operentur, sed ut unum sunt, non tres dii, sed unus est Deus. (De duab. vol.n.7 PG.95,131) Cf. Tract. de Creat., de Provid., de De Incarnat.etc.
Multa alia apud Pet. De Trin. 4,15.

4°- RATIONE :

- a) Agere sequitur esse;
Atqui unicum esse in divinis;
Ergo unicum agere.
- b) Omnipotentia divina est unica in tribus personis. Dz.39;
Atqui principium immediatum operum ad extra est omnipotentia; (natura est principium mediatum.)
Ergo unica est operatio Trium personarum.
- c) In Trinitate omnia sunt communia praeter relationes originis personarum divinarum;
Atqui omnis operatio ad extra non est relatio originis personarum divinarum;
Ergo...
- d) S.Th. v.g. 1,45,6 et 7 ubi principia ut ad creationem applicata, valent de omni alia operatione ad extra.
- e) P. 492.

Relations

$\frac{\Delta}{\text{Ct}} \cdot 15$



P 28 4c

1020 a 26 ft

6a 36 - 8624

I, 28, 2, 3a


Hekim 768f

Hekim 17-23




General situation

B



B
intellective



2^a PARS :

APPROPRIATIO nil aliud est quam commune trahere ad proprium.

A PROPRIO (hic) = modus intelligendi et loquendi pro per solam operationem mentis attributis essentialibus aut communis operatio ad extra unius personae divinae praecialiis tribuuntur, propria quod habetur similitudo quadam inter attributum atque operationem appropriateam et proprietatem illius personae cui appro priatur. Th. 1,39,7,8; De Ver. 7,3.

AD MANIFESTATIONEM etc. Vi appropriationis, id quod toti Trinitati commune est, NON EXCLUSIVE sed solum ASSERTIVE uni personae abjudicatur et hoc fit, ut personae SSae. Trin. magis innotescant; jamvero facilius et primario et potius essentialia et communia attributa divina a nobis attinguntur quam sacratissimum illud stricte dictum mysterium SSae. Trinitatis. 1,39,7.

NOTA: Theologice certum.

PROBATUR :

1º- EX DOC. ECCL.:

- A.- a) Pater est creator coeli et terrae, visibilium et invisibilium Dz.3,6,9,13,54,86,994 et in omnibus fere Symbolis.
- b) Sp.S. est inspirator Legis, Prophetarum et utriusque Testamenti: Dz.13,345 s., 706s., 783,1787 et alia opera v.g. 290,344,429,86,302,13,930,424,799,83,697,964.
- c) Filius regit omnia Dz. 422.
- d) Leo XIII in enc. Divinum illud munus v.g. TDC. 608-611.

B.- Coll. Lac. 7, 1669: "Quodsi P. et F. et Sp.S. aliquid singillatim operari dicuntur, non ideo opera Trinitatis divisoria credenda sunt, sed si personae attribuuntur, cujus imprimis proprietatem manifestant; quemadmodum etiam praeципua quadam ratione Patri potentiam, Fo. sapientiam, et

Sp. Sto. bonitatem tribuimus; quamvis haec et alia hujusmodi nomina communiter de tribus personis ex catholica fidei regula dicantur."

1659. "Licet in oeconomia divina Pi. et Fo. et Sp. Sto; per appropriationem attribuantur operationes distinctae, personae tamen ad extra operantur non secundum originis relationes quibus distinguuntur, sed scd. quod essentia, intellectu, voluntate, omnipotentia unum sunt principium.

2°- EX PP.:

Docent operationes ad extra communes esse tribus personis (supra) ita tamen ut creatio fiat per Verbum v.g. R.98,130,153, 156,164,179,194,234,235,277,290,371,391,394,398,401,414,479,518, 608,678,714,758,764,814,943,949,1086,1816,2066,2352; et sanctificantio per Sp. S. v.g. R.398,611,850,907,915,960,1282,1332,1337, 2080,2089,2107,2352.

Inspiratio librorum sacrorum tribuitur Sp. Sto.; v.g. R.22 149,185,203,400,404,483,488,1045,1286,1479,2158,2302; Virtus Sp. Sti. in gratia sacramentorum v.g. R.203,607,683m. 835,947,1282, 1329,1423,1834,2110. De habitatione Sp. Sti. in justis cf. thesim sequentem.

3°- Ex TT.: 1,39,8.

DIFFICULTATES :

- Thesis 17^a -

FILIUS ET SPIRITUS SANCTUS MITTI POSSUNT MISSIONE TUM VISIBILI, TUM INVISIBILI; IN MISSIONE AUTEM INVISIBILI, NON SOLUM DONA CREATI, SED ETIAM PERSONAE DIVINAE DONANTUR.

S.Th.1,43; P.649-655; Franzelin; R.S.R. 1928; Actuation créée par acte incrémenté (de la Taille); R.Th.: 1928: 449-474; Billet, Lohn...

MISSIO (in genere): processio seu egressio alicujus ab aliquo cum destinatione ad aliquid alicubi perficiendum. Importatur in missione: persona mittens, persona missa, terminus ad quem, terminus a quo, egressio scil. seu processio missi ad munus suum adimplendum.

Processio missi a mittente dupli modo fieri potest:

- a) per imperium stricte dictum, quod includit inferioritatem missi;
- b) per puram egressionem v.g. radius a sole.

Duo ergo essentialiter in missione includuntur:

- a) Relatio missi ad mittentem (a quo)
- b) Relatio missi ad terminum (ad quem).

Haec omnia, servatis servandis et dempta omni imperfectione in creatis, adimplentur in missione divina. Unde:

Missio divina = processio originis unius personae ab alia cum novo existendi modo, vel

aeterna processio unius personae ab alia cum destinatione ad aliquem temporalem effectum; nec igitur dicitur de Deo nisi in tempore. E definitione logice fluit quod missio divina actum notionalem involvit et est aliquid notionale. Unde haec tt. persona mitti potest quae procedit et ab ea mitti, a qua originem ducit. P. 649-652;

VISIBILIS est missio quando persona missa se visibiliter manifestat hominibus. Praecipua est Incarnatio Verbi (missio visibilis substantialis = hypostatice naturae humanae unitus fuit Filius) et manifestatio sensibilis Spiritus S. (missio sensibilis repraesentativa) Spiritus S. non junctus fuit hypostatice cum signis productis. P.655.

INVISIBILIS est missio quae non fit per signa externa, sed per dona gratiae interna. Appropriatur Spiritui S., etsi non minus pertineat ad Filium. P.657.

^a 1^a PARS : (F. et Sp. S. mitti possunt)

NOTA: De fide.

PROBATUR :

1^o- EX SS.:

a) F. mitti potest. Jo.3,17,34; 4,34; 5,23,30,36-40; 6, 59, 38-41; 7,28ss.; 14,24,26 s.; Gal.4,4; Rom.8,3; I Jo.4,9,10,14.

b) Sp. S. mitti potest: Lc.24,49; Jo.,14,26; 15,26,16,7,14s.; Act. 1,8; 2,1 ss.; Gal.4,6.

Unde argumentum:

Saepe dicitur Deus Pater misisse Fm. suum in mundum, misisse Sp. Sm.; F. autem dicitur misisse Sp. Sm.; Sp. S. dicitur mitti a Patre Filioque; P. vero nunquam dicitur mitti sed venire aut dari, Jo.14,23; Sp.S. nunquam dicitur mittere; Xtus scd. naturam divinam a solo Patre mitti potest et a tribus personis scd. naturam humanam tamen in SSa. nunquam dicitur mitti a Sp.So..

2^o- EX PP.: V.g. R.182,290,376,394,398,871,1656,2040,2126, TDC, 733.

3^o- EX TT.: 1,43,1 et 2.

^a 2^a PARS : (Missione visibili)

NOTA: De fide.

PROBATUR:

1^o- EX SS.:

a) Illae personae mitti possunt missione visibili, quae possunt videri sub forma hominis, vel columbae, vel linguarum ignearum, vel sub alia forma sensibili, et quidem procedentes ab alia vel aliis personis;

Atqui filius, a patre veniens, vixit inter homines ut homines ut homo (Tract. de Incarn.), Sp. S. desuper veniens ab aliis personis, descendit in homines sub forma columbae (Mt.3,16), linguarum ignearum (Act.2,15) et alia forma (Jo.20,22; Act.10,44s.); Ergo...

b) De Filio: Jo.3,17; 4,34; 5,24,36-38; 6,39s.,44,58; 7,16,18, 28s.,33; 8,16,18; 8,26,29; 11,42; 12,49; 13,20; 14,24; 17,3,8,18, 21,23,25; 20,21.

De Sp. Sto.: Jo.14,26; 15,26; 16,7,13; Gal.,4,4-6.

2º- EX PP.: V.g. R.1207,1680,1639,2086.

3º- EX TT.: 1,43,7.

3^a- PARS :

NOTA: a) Quod habeantur dona creata: De fide def. Dz., 821,799s.
b) Quod missionem: Theologice certum.

PROBATUR :

1º- EX SS.:

a) Filius mittitur: Jo.14,23; Eph.,3,17.

b) Sp. S. mittitur. Sed. SSam. cum gratia creata nobis datur Sp. S. (Rom.,5,5) qui habitat in nobis ut in templo (I Cor.3,16) ibique testimonium reddit, postulat, excitat aliaque regit quae dici non possunt de dono creato (Rom.8,11s.); I Cor.,6,19; Gal., 4,6; Jo.14,16s.; 2 Cor.,1,21s.; 6,16; Eph.,1,13s.; 4,30;

Atqui qui ita datur, vere mittitur, seu procedit ad aliquem terminum, scil. ad aliquem effectum temporalem producendum;

Ergo non solum dona creata donantur sed etiam et persona Fi. et Sp. Sti. P.663.

2º- EX PP. : V.g. R. 40,158 s., 219,251,683,770,780,872,944, 1071,1561,1679,2079,2080.

3º- EX TT.: CG.,4,23; 1,43, 5 et 6, 5. P. 664-6.

SCHOLION I :

Varia quaesita de missione visibili et invisibi.
P. 658-661.

SCHOLION II :

In missione invisibili gratia creata est fundamentum novae
relationis cuius terminus est gratia increata.
P. 667 ss. sed adhuc profundius, de la Taille in RSR. 1928.

DIFFICULTATES : P. Comp. 215, 221 s.

- Thesis 18^a -

INHABITATIO IN JUSTIS EST COMMUNIS TRIBUS PERSONIS SSae, TRINITATIS NON AUTEM PROPRIA SPIRITU SANCTO, QUIA CUM EIS PERSONALITER NON UNITUR SED EI APPROPRIATUR.

S.Th., 1,39,7; 1,43,3; S.12,5; P.685-91; Petav., 8,4,5; Froget: De l'habitation du S.-E. dans les âmes justes; Galtier: l'habitation en nous des trois Personnes; Rev. Apol. (49) 1929. 141-154; Ibid., 1928 août, p.172; Gardeil: Structure de l'âme et expérience myst. t.2, 6-87; R.Thom., 1928. 449-474; DTC: Adoption 429ss.; Appropriation; Grâce 1614 s.; E-S.; Beraza: De gratia, p.705 ss.; Terrien: Grâce et gloire. Prat II.

INESSE = esse praesens in loco. Hoc sensu Deus inest omnibus creaturis per potentiam, praesentiam essentia. 1, 8, 3.

INHABITARE: est novus modus et quidem praestantior praesentiae divinae in justis. TDC, 546.

Qui enim alicubi habitat, ibi thesaurum habet, requiem sumit etc. (La maison, le foyer, hearth, fireside, home; non hôtel, gare refuge). Licet supponat immensitatem Dei, est praesentia specifica nova Dei.

Inesse Dei reducitur ad causam efficientem;

Inhabitare Dei reducitur ad causam quasi-formalem. In rigore verborum est actuatio creata per Actum Increatum, communem utique Tribus Personis.

NON PROPRIA SP. STO. Scl. P. et F. non excluduntur sicuti Incarnatio quae ita propria est Filio ut neque P., neque Sp. S. sine haeresi dici possint "incarnati".

APPROPRIATIO: Leo XIII: Divinum illud: "Ex comparatione quadam et propemodum affinitate quae inter opera ipsa et personarum proprietates, ea alteri potius quam alteris ad dicuntur, sive, ut aiunt, appropriantur."

Quaeritur utrum sit agnoscenda aliqua specialis, quasi personalis unio Sp.Sti. cum animis, gratia praeditis; in thesi probatur animas justorum per gratiam sanctificantem, non cum Sp.Sto. immediate uniri, sed cum tota SS. Trinitate.

adversarii putant hanc unionem Sp. Sto. personaliter propriam esse. Anima scil. justi immediate unitur cum Sp. Sto.; non in persona, sed cum Sp. Sto. moraliter, accidentaliter adeoque non substantialiter et hypostatice. V.g. Pctavius (8,6,n.6) distinguit inter inhabitacionem () Tribus communem et unionem() Sp. Sto. propriam.

Thomassin (De Incarnat.); dc Régnon: vol. IV, 312ss.; 471-500; 524-533; 551 ss.; Scheeben: Dogmatique III. 832; Ramière: La divinisation du chretien, p.271 ss., 282-291; et alii; vid. Galtier et Froget,

Hurter, th.204 videtur distinguere inter
praesentiam () = inhabitatio et
praesentiam () = unio.

Juxta omnes illos,

Sp.S. directe inhabitat in justis,
P. et F. concomitanter tt., sicut v.g.
per verba consecrationis
directo fit praesens c. et s. Christi,
concomitanter anima, etc.

NOTA :

Inhabitatio non est propria Sp. Sto. Theol. certum.

Non personaliter unitur Sp.S. animis justis sed inhabitatio Ei appropriatur. Probabilissima, et sententia communis.

PROBATUR Ia PARS : (Inhabitatio non est propria Sp. Sto.)

1^o- EX SS.:

- a) Tres personae: Jo.14,15-17,20-24; I Jo.4,12,16.
- b) Anima justi est complum dei: I Cor.,3,16s.,6,20; 2 Cor.6,15s.;
- c) Xthus: Rom.8,9-11; Eph.3,17; Rom.8,9-11.
- d) Sp.S.: I Cor.6,19s.; I Cor.1,9 et 2 Cor.,13,13; Phil.2,1.
- e) Pater dicitur caritas: Rom.5,5; I Jo.4,9; 2 Cor.,13,13.

2^o- EX SFC. ECCL.:

- a) Leo XIII in TDC. 546.
- b) Ex actis Vaticani 2. col.562 b: "Spiritu vero Filii, quem D. misit in corda nostra, uniti et sacrauti, templum quoddam divinac majestatis officium, in quo Trinitas sacro-sancta habitare, scque ipsam animas fidelium communicare dignatur, dicente Nto. Dno: cf.Jo. 14,23." Vid. textus "juxdem in thesi 16a."

c) Ex liturgia:

- aa) Pater dicitur caritas in Ia antiph. 3ii Noct. in offic. SSae. T.
- bb) Xitus dicitur caritas in Hymn. ad Laudes (6 Aug.) et in hymn. I Vesp. (21 julii).
- cc) Vid. etiam Breviarium et Missam in off. Dedicationis Ecclae. per totam octavam.

3°- EX PP.: V.g. R.36,40,89,158s.,219,251,449,607,683,770,780, 813,872,944,1071,1186,1216,1286,2107,2114.

4°- EX FIDE FIDELIUM:

Deiferi, Theophori, Theophanius, Leonidas, pater Originis:
"Adoro Deum praesentem in corde parvuli istius baptizati."

5°- RATIONE THEOLOGICA:

- a) Ex circuminsessione personarum divinarum (supra);
- b) Ex communi operatione personarum ad extra (supra).

6°- EX S.TH. 3,23,2,3um:

"Ideo adoptatio licet sit communis toti Trinitati, appropriatur tamen Patri ut auctori, Filio ut exemplari, Sp. Sto. ut imprimenti in nobis similitudinem exemplaris".

PROBATUR IIa PARS: (Appropriatur Sp.Sto.) Videtur sequi ut corollarium ex prima parte.

1°- EX SS.: Jo.14,16; Act.,18,20; Rom.,5,5; 8,15; I Cor.,3,16; 6,19; 12,11, 2 Cor.,1,21s.

2°- EX DOC. ECCL.:

Dz.83,86,290,302,344,345s.,424,429,697,706s.,783,799,930, 964,1787; TDC, 539-549; Leo XIII (supra);
In Breviario: Lectio 6, initio (13 dec.);
Veni Creator Sp.; Veni S.Sp. et emitte coelitus, etc.

3°- EX PP.: V.g. R.389,611,850,907,915,960,1282,2080,2089,2107, 2352.

4^o- RATIONE:

- a) Quia Sp.S. procedit secundum operationem voluntatis et inde est amor personalis, sanctitas personalis, donum personale;
- b) quia inhabitatio est opus dilectionis;
- c) gratia sanctificans expressius reprezentat Sp. Sm. ut suum exemplar.
- d) Eatenus forsitan ex speciali sibi praesentia et inhabitatione Sp. S. in justis, personaliter propria unio Ipsius cum anima evinci potest, quatenus solus Sp. S. animas inhabitare suumque templum facere diceretur.

Atqui e SSa. constat non solum Sp. Sm. animas habitare.
Eph., 3,17; Jo., 14,23.

- e) Praeter unionem hypostaticam Verbi cum humana natura omnes relationes creaturarum ad personas divinas fundantur in operatione quae toti Trinitati communis est;

Atqui unio Sp. Sti. cum animis justorum non est hypostatica ut etiam Petavii sequaces admittunt;

Ergo haec unio non est Sp. Sto. propria sed appropriata.

5^o- EX TT.: 1,38,2; 39,7,8; 2 Sent., 1,1,4m,5m; I Sent., 14,2,2.

DIFFICULTATES :

*

*

- SECTIO 4^a -

DE RELATIONE INTER MYSTERIUM SSae TRINITATIS ET RATIONEM.

- Thesis 19^a -

NATURALIS RATIO SIBI RELICTA NUNQUAM TRINITATIS MYSTERIUM SUSPICATA ESSET; POST REVELATIONEM VERO, PULCHERRIME ILLUD CONVENIRE VIDET; AT, SI NECESSARIUM OSTENDERE CONATUR, FRUSTRÀ EST, EJUSDEMQUE NATURAM PERVERTIT.

S.Th., 1,32,1; I Sent., 3,1,4; CG., 1,14; S.1,11 et 12; P.488-505; Billot, th.15; Schesben: Dogmatique I, 126s.; DA, Trinité et Foi; Franzelin, etc.

MYSTERIUM LATE DICTUM est veritas abscondita, quam homo non potest cognoscere, vel quia in se non est ipsi cognoscibilis, vel quia, etsi cognoscibilis, non applicatur ejus facultati cognoscitivae, vel quia non manifestatur nisi effectibus, ut v.g. principium vitae.

MYSTERIUM STRICTE DICTUM est veritas cujus neque existentiam ex naturalibus principiis invenire, neque possibilitatem ex internis rationibus positive intelligere possumus, etiamsi reveletur ejus existentia. Dz., 1795, 1816. P. 488.

Possibilitas = interna consociabilitas notarum.

Paul Janet (incredulus): "On comprend que l'on n'admette pas comme venant de Dieu même une doctrine qui renverrait les bases de la raison, qui par conséquent détruiraient en moi les principes mêmes à l'aide desquels je puis m'élever jusqu'à Dieu... Les dogmes chrétiens, à titre de mystères, sont-ils à proprement parler des non-sens? ou ne sont-ce pas des vérités obscures dépassant la portée de l'expérience, mais qui sous d'apparentes contradictions, contiennent quelque chose de réel et de concret." (Cit. a Lahousse: De Vera Religione, p.100).

"Les mystères ne sont pas des non-sens absolus; ce ne sont pas même des propositions absolument contradictoires; ce sont des propositions ayant un sens, lequel présente une apparence de contradiction... Nous comprenons l'idée; c'est le lien des idées qui nous échappe". (Da. Foi, col. 77)

"Le mystère de la Trinité consiste à dire qu'il y a en Dieu trois personnes qui ne sont pas trois dieux, mais qui ne font qu'un seul et même Dieu... Où réside le mystère? Il est dans le dogme de l'unité de substance coïncidant avec la pluralité des personnes. Il semble qu'unité de substance et unité de personne soient et ne puissent être qu'une seule et même chose. Cependant c'est là une doctrine si peu contraire à la raison, qu'on peut même demander si elle est supérieure à la raison... En tout cas, ce qu'on ne peut contester, c'est que la doctrine trinitaire offre un sens, et même un sens clair à l'Esprit." P. Bainvel addit: "Je ne me porte pas garant du sens clair que Janet voyait à la formule du dogme trinitaire; mais il est sûr qu'on n'y voit pas de contradiction." (Ibid.: Lahousse et DA)

"Si nous passons au mystère de l'Incarnation, lié à celui de la Trinité, nous y trouverons, comme dans le précédent, une incompréhensibilité liée à des termes qui séparément sont compréhensibles. L'idée de l'Homme-Dieu peut paraître sans doute une idée contradictoire. Mais on ne peut nier que d'une part ns. ne sachions ce que c'est que l'homme; de l'autre nous savons aussi, ou nous croyons savoir ce que c'est que Dieu; au moins entendons-nous par ce terme la cause suprême, l'être souverainement parfait cause du monde et créateur de l'homme. Le mystère ne consiste donc pas ici à introduire des termes inintelligibles, mais à unir entre eux d'une manière inintelligible des termes parfaitement clairs. Sans doute, il y a dans cette proposition: Dieu s'est fait homme une sorte de contradiction; et Spinoza disait qu'avant d'admettre que Dieu s'est fait homme, il admettrait que le cercle s'est fait carré. Mais c'est là une exagération : car le dogme ne consiste pas à dire que Dieu est devenu homme, qu'il s'est changé en homme, et qu'il a cessé d'être Dieu, comme dans les métamorphoses de la mythologie, ce qui serait en effet une contradiction; mais ce que l'on dit, c'est que Dieu restant Dieu a revêtu la nature humaine, c'est-à-dire qu'en Jésus-Christ les deux natures se sont unies et forment un seul et même être. Seulement dans Jésus-Christ, l'unité des deux natures, leur intus-susception est bien plus intime encore, et l'opposition des deux termes est bien plus grande et va presque jusqu'à la contradiction; c'est pourquoi c'est un mystère, mais ce mystère n'est pas un non-sens". (Ibid. Lahousse) Cf. R. 2 K.1890 t.2. Rev. phil. 1290. 5.1. 1-25; Leibnitz: Discours de la conformité de la foi avec la raison.

REVELATIO (ex etymo) = actio quo velamen aufertur.
 (universim) = manifestatio rei antea obscurae, occultae aut ignotae.

REVELATIO DIVINA (improprie) = veritas quae nobis innotescit per exercitium naturale facultatum cognoscitivarum nostrarum. V.g. Rom., 1,19.

(Stricte dicta) = manifestatio mentis et voluntatis divinac a Deo facta hominibus supernaturaliter.

= Testimonium quo Deus aliquid asserit quod homines credere debent propter auctoritatem ipsius Dei loquentis v.g. I Cor. 2,10. Unde revelatio proprie dicta dici potest locutio, sive per voces, sive per alia signa quibus mens divina aperiatur.

LOCUTIO = manifestatio alteri conceptum mentis.
 1,107,1; Dz., 1785-1789; 1816-1821.

NECESSARIUM scl. omnia argumenta, etiam post revelationem allata, ad Trinitatem suadendam, absolutum quid inferunt et translatia in personas divinas mysterium pervertunt. Si qua enim imago in spirituali creatura invenitur (supra de processionibus), ea non in Trinitatem transfertur per solum excessum, nequa etiam per quamdam similitudinis proportionem; sed omnino cogitando simul relati-
 vam oppositam. Quis unquam tale quid suspicari ausus est?

1^a PARS: : (Mysterium stricte dictum quod nunquam suspicari potuis-
 set ratio humana).

ADVERSARII:

Anomaei et Aetiani negant mysterium illud cum se Deum ita nosse jactarent, sicut se ipsos et D. se ipsum novisset.

NOTA: De fide catholica.

PROBATUR :

1^o EX SS.:

Veritas quae unice e revelatione divina constat et constare potest est mysterium stricte dictum;

Atqui D., I. et F. et J.P.S. scu Trinitas est veritas una unicæ e revelatione divina constat et constare potest; Ergo...

MAJOR: Evidens ex definitione mysterii.

MINOR: Mt.11,27; (16,17); Jo.1,18; 6,46; 10,15; Lc.,10,22;
I Cor. 2,6-11.

2°- EX DOC. ECCL.:

a) Sunt mysteria stricte dicta; Dz.,1796,1816. (Cf.infra)
Atqui nemo negat omnium veritatum revelatarum, SSam. Trinitatem esse summam et maxime absconditam.
Ergo SS.Trinitas est mysterium stricte dictum.

CONSEQUENTIA patet, nam si negaretur hanc veritatem summe reconditam esse mysterium stricte dictum, a fortiori negaretur omnes alias veritates revelatas esse mysteria stricte dicta, quod de facto negaverunt omnes adversarii; jam illud negari nequit post Conc. Vat. P. 491.

b) Schema Conc. Vat. Coll.Lac. 7,553: "Mysteriorum, quae fide illuminati profitemur, omnium supremum ipse Deus est, unus in essentia, trinus in personis.

3°- EX PP.: V.g. R.204,632,668,738,779,816,834,859,860,878,910,
915,996,1029,1069,1269,1672,2084,2280,2337.

4°- EX TT.:

1,32,1: "Qui probare nititur Trinitatem personarum naturali ratione, fidei dupliciter derogat. Primo quidem, quantum ad dignitatem ipsius fidei, quae est ut sit de rebus invisibilibus quae rationem humanam excedunt... Secundo, quantum ad utilitatem trahendi alios ad fidem. Cum enim aliquis ad probandam fidem inducit rationes, quae non sunt cogentes, cedit in irrationem infidelium. Credit enim, quod hujusmodi rationibus innitamus et propter eas credamus. Quae igitur fidei sunt, non sunt tentanda probare nisi per auctoritates his, qui auctoritates suscipiunt."

5°- RATIONE:

Essentia et perfectiones divinae haud aliter nobis manifestantur ac per creaturas;

Atqui creaturae non possunt nobis manifestare SS.Trinitatem;
Ergo SS.Trinitas non potest nobis cognosci naturaliter, seu est mysterium stricte dictum.

MAJOR: Naturalis intuitiva cognitio Dei non datur. Cf. de Deo Uno. Si igitur Deus immediate intuitive qua Trinus et in personis distinctis non cognoscitur lumine naturali rationis, tunc cognoscitur solummodo mediate e creaturis. Cf. De Deo Uno.

MINOR: Eatenus Deus qua Trinus et in personis distinctis e creaturis cognosci posset, quatenus Deus qua Trinus et in personis distinctis ad extra operaretur;

Atqui Deus qua Trinus et in personis distinctis ad extra non operatur sed tt. quatenus est Unus. (Vid. supra); Ergo...

Addimus, vero nec suspicionem tanti mysterii creato intellectui obverti potuisse.

Ut enim suspicio alicujus veritatis oriatur, oportet prius in mente efformari conceptum illius; deinde aliquod indicium habere, quo eadem veritas innui videatur.

Atqui conceptum Trinitatis nemo efformasset.

Ergo...

MAJOR: evidens.

MINOR: Trinitas enim quae unice Est, non autem ut pagani cogitarunt marem et feminam et natum, vel principium et medium et finem, atque id genus alia.

a) Ratio est quod conceptus nostri rationes essentiales (essentiam) per se omnino attingunt, et scd. illas de ipso esse judicare queunt; minime ipsum esse prius cogitant et in illo rationes formales inveniunt;

Atqui relatio et subsistentia sunt rationes essentiales quae nullam convenientiam dicunt; et proinde nunquam in ipso Esse eas convenire suspicari potuisse.

b) Modum divinarum perfectionum attingimus scd. aliquam analogiam cum iis quae in creaturis invenimus;

Atqui relationem non nisi subsequentem aliquod fundatum et non nisi inherenter agnoscimus. Proinde nunquam potuisse concipere tribuere subsistentiam relationi, nec ipsam distinctionem sui relati constitui sine praecedenti causa.

c) Denique ipse conceptus realis distinctionis in Deo horrorem injecisset; et quo melius eum ratio meditata esset, e o magis in negando omni termino vere procedente firma fuisset.

Ratio tamen quieta mansisset siquidem distinctio relativi sine absoluta distinctione nec potuisset cogitari et jure negata fuisset absoluta.

^a 2^e- PARS : Post revelationem vero, pulcherrime illud convenire videt.

Convenire i.e. Mysterium SSae. Trinitatis:

a) Dat rationi aliquid intelligendum, scl. non est pura non-idea (**a-idéisme**) sicut v.g. non-ens, vacuum, "un non-sens."

L'a-idéisme complet (ne rien percevoir) est psychologiquement ce qui ressemble le plus à la perception de l'Indéterminé absolu, du Rien divin. (Leuba, Bernard Leroy). Pour ces auteurs, "il y a sentiment de comprendre sans que le fait de comprendre se soit produit, parce que (dans la Trinité chrétienne par ex.) il n'y a rien à comprendre; M. Delacroix observe que la Trinité, conçue allégoriquement et symboliquement, pourrait offrir un sens intellligible." Pinard. Etude comparée 1922, p.419s. et notas.

b) Ratio humana potest ostendere non esse in hoc mysterio evidentem contradictionem ut v.g. cercle carré. Faux de dire que la formule de la Trinité ne nous donne rien à expliquer.

"Des vérités surnaturelles qui contrediraient de manière évidente les vérités naturelles seraient mortelles pour l'esprit. Mais il n'en peut exister puisque le vrai, comme expression de l'être, ne peut être en opposition réelle avec le vrai. Une révélation ne peut donc être agréée comme authentique, si l'on ne peut au moins prouver qu'elle ne comporte rien de tel. Encore cette démonstration toute négative (de non évidenti falsitate) ne peut-elle constituer une preuve suffisante de vérité (de objectiva veritate)."

Dans l'espèce, cette preuve de vérité ce peut être qu'indirecte, c'est-à-dire tirée de l'autorité du révélateur. Des vérités surnaturelles ainsi garanties, bien qu'elles ne puissent être l'objet d'une démonstration positive, directe, seraient un

ferment de vie: elles ouvriraient à l'intelligence des aperçus nouveaux, comme la parole du maître que le disciple sait vraie, sans comprendre pourquoi et comment elle est vraie." Pinard I. Etude Comp.II. 129 in nota.

Hoc eo magis si consideratur fecunditas religiosa quae originem habet ex fide in Trinitatem. Contradictio evidens nequit inspirare intellectum humanum et consequenter nec ejus voluntatem ad actus difficiles, heroicos immo ponendos.

c) Intellectus humanus ad hoc mysterium manifestandum, potest rationes aliquas verisimiles inducere ad fidem quidem exercitium et solatium, non autem ad adversarios convincendos. Quae enim supra rationem humanam sunt, non credimus, nisi Dco revelante; unde singularis modus convincendi adversarium contra veritatem fidei, est ex auctoritate Scripturae Sacrae, confirmata miraculis. Og. 1,9; S.Th.,1,1,8.

ADVERSARI:

Rationalistae, Materialistae, Evolutionistae inter quos multi sunt pseudo-Scientifici.

NOTA: De fide catholica.

PROBATUR:

a) Mysterium illud non est quid prorsus inintelligibile etsi sit incomprehensibile. (Ce mystère offre quelque chose à comprendre). Ce n'est pas une simple suite de sons. Quod maxima ingenia humana crediderunt jam a viginti saeculis, ubique terrarum, ex omni tribu et lingua et populo et natione, Judaei et Gentiles, Graeci et Barbari, domini et servi, Martyres, Doctores, Confessores, Virgines, viri et mulieres, rudas et scientifici, (Cf. Eymieu) dicitur et pauperes, signati ex tribu Ruben duodecim millia etc. (Apc.7,1-12) Paulus, Augustinus, Thomas, tot viri qui ingentes tractatus de SS. Trinitate scripserunt, nequit esse aliquid prorsus inintelligibile.

Atqui... Ergo...

b) Nequit demonstrari SS. Trinitatem esse contra rationem,

1°- EX CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS: P.500.

Certum est mysterium SSae. Trinitatis esse a Deo revelatum;
Atqui quod est a Deo revelatum non potest esse contra rationem;

Ergo mysterium SSae Trinitatis non potest esse neque ideo demonstrari esse contra rationem.

MAJOR stat ex 1a, 2a, 3a thesi.

MINOR stat ex Conc. Vat., Dz.1797. Cf. Tract. de vera religione.

2°- EX INCOMPREHENSIBILITATE DEI: P. 501.

Ut probaretur repugnantia mysterii SSae Trinitatis, ostendi deberet naturam divinam et personas divinas secundum modum suum proprium hujusmodi esse, ut non possint esse tres personae in una essentia divina;

Atqui modus proprius essentiae divinae nos omnino latet et capacitatatem intellectus nostri infinite superat;

Ergo non possumus probare repugnantiam mysterii SSae Trinitatis,

MINOR patet ex eo quod non possumus haurire notitiam modi proprii divinitatis ex creaturis, quum inter Deum et creaturas omnia sint analoga tantum, ut habetur ex Ontologia et ex Tract. De Deo Uno.

3°- EXPOSITIONE RECTA IPSIUS MYSTERII :

Trois êtres qui n'en font qu'un, voilà bien en effet un concept contradictoire; mais trois modes distincts de posséder la même nature, trois personnes, procédant l'une de l'autre dans l'indivision d'une même nature, comme la pensée procède de l'intelligence qui s'exprime à elle-même, et comme l'amour procède de l'intelligence et de la pensée, une telle conception n'offre plus la même évidente contradiction. L'activité immanente, éternelle et infinie d'un Absolu, qui n'a jamais donné et qui ne peut d'ailleurs donner sa mesure dans aucune œuvre extérieure apparaît même à certains esprits, précisément parce qu'ils pensent, comme la solution d'une énigme. E.Boutroux (Rev. bleue 15 mars 1902): "C'est la réflexion sur le dogme de la Trinité qui lui avait permis de pénétrer le plus avant dans le secret des choses." Pinard 1. Etude Comp.II. 375 note 1.

Objectiones sacpe probant "que pour trouver rien qui vaille contre nos dogmes, il faut les défigurer". "Quoiqu'on n'ait pas l'air de s'en douter, dit finement M.Daulny, les hommes les plus compétents en théologie, ce sont encore... les theologiens". DA,Foi col. 77 et 78.

4°- Ex solutione "Achilles" adversariorum, principii scl. identitatis comparatae (et implicite principii contradictionis).

"C'est la difficulté qu'on exploitée tous les hérétiques antitrinitaires. Ils invoquaient sans cesse le dogme de la "monarchie" divine, et par là ils entendaient l'unité du principe divin, (). Tactique habile; car si l'objection SAUTE au yeux, la réponse exige une TRES SUBILE METAPHYSIQUE. Et remarquez-le: cette métaphysique ne peut que parer les coups, et montrer l'impuissance de l'erreur à prévaloir contre la vérité." (De Régnon, 1, 5, 1). "C'est aussi la difficulté, l'unique difficulté que font les incrédules d'aujourd'hui, pour jeter le discrédit et même le ridicule sur le premier et le plus essentiel de tous nos dogmes." (Pègues, R.Th. 1901, 695). Sic proponitur:

"Quaecumque uni et eidem sunt cadem, sibi invicem sunt eadem;

Atqui omnis relatio (persona in Deo christana est idem sed rem cum divina essentia;

Ergo relationes (personae) sed. rem ab invicem non distinguiuntur." 1, 28, 3, vid. 1m.

Ante solutionem N.B.

A.- REGULAE SYLLOGISMI procedunt de propositionibus in quibus habetur formalis praedicatio, non vero de iis in quibus habetur materialis praedicationis. Vi scl. formae, syllogismus PER SE concludit quando propositiones intelliguntur juxta formalem prædicationem. Quod si conclusio est vera ubi habetur materialis prædicatio, hoc fit PER ACCIDENS, non vi formae.

Formalis est praedicatio, quando praedicatum est de ratione formali subjecti; v.g. homo est animal rationale.

In divinis habetur praedicatio tio formalis quando:

- 1) Essentialia praedicantur de essentialibus v.g. in Cg.2,9:
"Iusti unit et cetera sunt eadem, sibi invicem sunt eadem. Divina autem potentia est ejus substantia; cius etiam actio est eius substantia. Igitur in Deo non est aliud potentia, et aliud actio."
- 2) Notionalia praedicantur de notionalibus. v.g. Generatio in Deo est ipsa paternitas; cf. 1,40,1.

Materialis (seu identica) quando praedicatum est extra formam rationem subjecti v.g. Animalitas (in homine) est ipsa rationalitas; hoc est "per accidens" scd. in homine; quia falsum si haberetur praedicatio formalis scl. scd. rationem formalē animalitatis et rationalitatis: Animalitas est rationalitas.

In divinis habetur praedicatio materialis quando essentialia (absoluta, natura, essentia) praedicantur de relativis (notiones, proprietates) aut vice versa.

Pater est Deus;
Atqui Filius est Deus;
Ergo Pater est Filius. Syllogismus non per se concludit scd. veritatem, quia fit scl. praedicationem materialē. Et in casu, nec immo per accidens scl. vi materiae. Pater scl. est Deus, assertive, sed non exclusive, et pariter dicendum de Filio et de Sp. Sto.

Hac regulae non inventae sunt a catholicis propter necessitatem defensionis apologeticae, sed jam ab Aristotele tradebantur. Ipse enim inter primos reduxit syllogismum ad regulas omnino determinatas et veras, ut videre est apud opera Aristotelis:

Analytica Priora (Edition Didot I. 39-121);
Analytica Posteriora (Ibidem I. 121-173);
Passim etiam in Topicis (Ibid. 172-276); et etiam in "De Sophisticis Elenchis" (Ibid. 276-310);
Cf. Sylvester Maurus, s.j. Comment. in text. Aristotelis. Cura Card. Ehrle, s.j. (Lethielleux) t.1. 95-269 et t.3. 63-65;
Cosmo Alamanno, s.j. Summa Phil.: Cura Card. Ehrle, s.j. (Lethielleux) t.1, 256-305;
Comment. S.Th.; in perihermenias, libros Physicorum et Metaph. (Ed. Leonina vel Cathala); etiam

Comment. Cajetani in Edit. leonina;
 Comment. Collegii Conimbricensis e.s.j. In universam dialecticam Aristotelis: Graeco contextui adjuncta est versio latina:
 Editio secunda repurgata Lugduni, Cardon, 1610. cum privilegio Regis: p.411-507 et 678-688.

Cf. R.H.E. 1930, de Ghellinck. Quelques appréciations de la dialectique et d'Aristote durant les conflits trinitaires du 4^e siècle. (Ariani reliquerunt Apostolum, sequuntur Aristotelem).

B.- Principium identitatis comparatae non est principium aequalitatis comparatae (cf. matheses).

In principio enim aequalitatis comparatae (Quae sunt aequalia uni tertio, sunt aequalia inter se):

- 1) Medius terminus vere est tertia res praeter duo extrema, quae idcirco, formaliter ut extrema, sunt extra intellectum et independenter ab intellectu constituta.
- 2) Illud in quo cum tertio comparantur, non est aliquid rationis, puta ejusdem cum eodem identitas, sed aliquid rei, cuiusmodi est aequalitas magnitudinum. Ex hoc igitur quod in principio mathematico nullus est distinctioni possibili locus, ac per hoc, semper necesse sit ut quae cum tertio sunt aequalis magnitudinis sint etiam aequalis magnitudinis inter se: pessime quis traheret consequentiam ad principium metaphysicum identitatis comparatae.

C.- Principium identitatis comparatae evidenter apparet esse "a priori" nec obtinetur experientia nec inductione, sed ipsa immediata analysi conceptuum, immo esse basim ac fundamentum omnium regularium syllogismi. Necesse est igitur ut intra limites suae legitimae significationis sit absolute et universaliter verum, et tam in divinis quam in creatis applicetur, non secus ac istud: nihil potest esse simul et non esse. Alioquin, quid amplius de Deo superest ratiocinandum?" (Cf. Billot)

Principium illud eruitur e notione entis non secus ac principium contradictionis. Ergo infinitas Ipsius Entis efficere ne-

ut identitas bene comparata sit fallax; officit solum ut modus comparandi, aliquid novi postulet. Postulat vero, eo quod infinitum Esse in se continet, primo rationem absoluti; secundo, quod inexpectatum fuit, rationem relativi ad intra. In hoc est utique mysterium, quod solvi nequit; et eo ipso quod non assequimur quo pacto id fieri possit, neque videre possumus quomodo principium identitatis comparatae veritatem servet. Posito tamen eo mysterio, necesse est dicere relationes in Deo subsistere, ideoque opponi inter se formali ratione relativi, sive scd. esse ad ideoque distinguui; non alia autem entitate constitui quam ipsius Esse divini, et in hoc convenire. Secus Deus distingueretur scd. absolutas entitates, neque tritheismum effugere possemus. (Matiussi: De Deo, 93)

D.- Duo ita, praedicamenta in Deum transferuntur: substantia et ad aliquid; transferuntur scd. puras perfectasque rationes subsistendi et respiciendi intrinsecum terminum. Non tamen servant rationem generis, nec sunt amplius praedicamenta; quia Esse Subsistens nil univoce commune habet cum aliis, nec habet rationem essentiae distinctam ab actu exercito quo est. Substantia igitur prout dicit esse perfecto modo, in Deum transferri potest; ratio, prout non includit in suo conceptu modum quo in creaturis est, in Deum transferri potest. At transfertur non ut genus, nec ut esse recipiens, neque ut praedicabile, neque ut univocum cum relatione creata; transfertur ipsa ratio esse ad, prouti eadem formaliter manet, etsi prorsus sit alio modo, quemadmodum et est in Deo scientia, quae extra qualitatem esse potest, cum hoc tamen discrimine, quod ratio formalis qualitatis includit inhaesionem; ratio autem relationis non includit inhaesionem. (Matiussi, de Deo 80 et 85). Sic intelligitur quod mysterium non solvitur nisi visione beatifica.

E.- CAVE IMAGINATIONEM! I Sent.33,1,1,2um: "Neque oportet in his aliquid simile inquiri; quia in nulla re creata invenitur aliquid simile divinae simplicitati, ut habens sit id quo habetur; omnia enim similia quae possunt induci vel de punctis vel de differentiis existentibus in genere, plus habent de dissimilitudine quam de similitudine; et ideo magis abducunt a veritate, quam in

verum intellectum inducant. Sicut enim dicit Boethius (*De Trin.*, 1,2 p. 64. 1250 B) in his quae sine materia sunt, oportet non imaginationem deduci: quia hoc plurimum officit in divinis.

Boethius loco citato = "In naturalibus igitur rationaliter (Naturalia considerant formas cum materia et motu), in mathematicis disciplinaliter (Considerant formas inabstractas sine materia et sine motu), in divinis intellectualiter (sine motu, abstracta atque separabilis; nam Dei substantia est, et materia et motu caret) versari oportebit, neque deduci ad imaginations, sed potius ipsam inspicere formam quae vere forma nec imago est, et quae esse ipsum est, et ex qua esse est..."

F.- Difficultas principalis est ex eo quod non possumus intelligere relationem quae non sit resultans sed subsistens. Una scil. summa res quae Deus est, simul habet tum 1° formalem rationem absoluti (et eatenus dicitur una essentia, natura, substantia) tum 2° formalem rationem relativi (et eatenus dicit tres a se invicem realiter distinctos) et sic illa summa res realiter habet finitiones utriusque, non secus ac si duae illae rationes essent res distinctae.

ITERUM RECITATUR OBJECTIO ex 1,28,3, videtur 1m.

Quaecumque uni et eidem sunt eadem, sibi invicem sunt eadem;
 Atqui omnis relatio in Deo existens est idem secundum rem cum
 divina essentia;
 Ergo relationes scd. rem ab invicem non edistinguuntur: Sic
 solvitur objectio (Litterae majores referunt ad explicationes
 quae sequuntur):

A.- Quae sunt re et ratione (conceptu) eadem, Conc.
 - Quae sunt re sed non ratione, Sub distinguo:

B.- Si ratio scd. quam a tertio distinguntur sit ratio
 absoluta per se ipsam ponens aliquid in re. Conc.
 - Si sit ratio propria relationis scd. np. ad aliquid,
Sub distinguo:

C.- Si inter se relativa oppositione non opponuntur,
Conc.
 - Si inter se relativa oppositione opponuntur (faire
 face) scl. principii et ejus qui est a principio. Sub distinguo:

D.- Relationes oppositae non sunt idem inter se,
 scd. formalem rationem ordinis, seu respec-
 tus, sive ipsius esse ad. Conc.
 - Relationes oppositae non sunt idem secundum en-
 titatem qua subsistunt, sive scd. esse sub-
sistens, quo habent ut identificantur ipsi
 Deo. NEGOTIUM.

A.- Ratio distinctionis non est inventio aliqua pragmatica et utilitaria catholicorum, sed ipse Aristoteles, paganus, nec suspicans mysterium Trinitatis, monuit principium identitatis comparatae non valere, nisi de iis quae sunt identica uni tertio r e simul et ratione seu conceptu. Sic enim dicit in 3 Phys. c.3.lect. 6. (Editio leonina 2,111, text. 22): "Omnino autem dicere est, neque doctio cum doctrina neque actio cum passione idem proprie est, sed cui insunt haec, motus. Quod enim hujus in hoc, et quod hujus ab hoc actum esse, ratione alterum est.

Et S.Thom. in hunc locum (ibid. p.113,n.61).

Et dicit (Aristoteles) quod non est necessarium quod docens addiscat, vel quod agens patiatur, etsi agere et pati sint idem; dum tamen dicamus quod non sunt idem sicut ea quorum ratio est una, ut tunica et indumentum, sed sicut ea quae sunt idem subjecto (re) et diversa secundum rationem, ut via a Thebis ad Athenas et ab Athenis ad Thebas... Non enim oportet quod omnia eadem convenient iis quae sunt quocumque modo idem, sed solum illis quae sunt idem ratione... non sequitur quod cuicunque convenit agere, quod ei conveniat pati." Ibidem vid. etiam nn.9,10 praesertim, et totam lectionem. (cf. Pègues: Somme 2. p.106s. et notam) Nec aliter Aristoteles in 1. 11 Metaph. "Et quod est motus in mobili palam. Actus est enim hujus a motivo. Et motivi non aliis est. Oportet enim esse actum amborum. Et motivum quidem enim est in posse, movens autem in operari. Sed est activum mobilis. Quare similiter unus amborum actus.

Quemadmodum eadem distantia unius ad duo, et duorum ad unum, et ascendentis et descendenteris; sed esse non unum. Similiter autem et in movente et in moto. (Ed. Cathala,p.653) Et S.Th.n.2311 (Eadem Ed.) Probat secundum propositorum: scilicet quod unus motus sit actus motivi et mobilis, hoc modo. "Dictum est enim quod motus est actus motivi in quantum facit motum. Est autem mobilis in quantum fit in eo motus; sed motivum facit illum motum qui est in mobili et non alium. Et hoc quod est dicit quod movens est activum mobilis. Unde relinquitur quod unus motus sit actus et movens et mobilis." n.2312... Manifestat hoc per exempla: et dicit quod una est distantia duorum ad unum et unius ad duo. Sed differt ratione. Propter quod diversimode significatur: scilicet per duplum et

dimitum. Similiter una est via ascendendum et descendendum, ratione motus. Et propter hoc dicuntur hi ascendentes et illi descendentes. Et ita est de movente et moto. Nam unus motus sed. substantiam est actus utriusque, sed differt ratione. Est enim actus moventis ut a quo, mobilis autem ut in quo; et non actus mobilis ut a quo, neque moventis ut in quo. Et ideo actus moventis dicitur actio, mobilis vero passio. n.2313:Sed si actio et passio sunt idem sed. substantiam, videtur quod non sint diversa praedicamenta. Sed sciendum quod praedicamenta diversificantur sed. diversos modos praedicandi. Unde idem, sed. quod diversimodo de diversis praedicatur, ad diversa praedicamenta pertinet. Locus enim, sed. quod praedicatur de locante, pertinet ad genus quantitatis. Sed. autem quod praedicatur denominative de locato, constituit praedicamentum ubi. Similiter motus sed. quod praedicatur de subjecto in quo est, constituit praedicamentum passionis. Sed. autem quod praedicatur de eo a quo est, constituit praedicamentum actionis."

Unde unicus motus re idem, potest esse ratione distinctus et constituere duo praedicamenta : scl. actionem et passionem. Cur? Quia actio et passio etsi sint re idem, ratione distinguuntur.

Matiussi (De Deo p.92) Dat aliud exemplum: "Exemplum accipe ejusdem instantis quod terminat praeterium tempus et futurum incipit. Quia diversa ratio est praeteriti et futuri, non potest dici aliquid praeteriti ad futurum pertinere, neque initium futuri esse in praeterito, illud tamen instans quod est in praeterito ut finis est in futuro ut initium." Idem scl. re instans potest esse praeteritum vel futurum sed. diversam considerationem formalem rationis: ut finis scl. est in praeterito
: ut initium scl. est in futuro.

Similiter id quod est paternitas est in Filio
formaliter ipsa paternitas non est in Filio.

In divinis, quando agitur de eo quod est scl. rem respondetur quaestioni: Quid est Pater? Quid est Filius? Quid est Sp.S.? respondetur: Deus.

Sub hoc respectu Pater et Filius et Sp. S. sunt unus Deus, una summa quaedam res. Dz.431. Quando agitur de eo quod est scl. rationem respondetur quaestioni: Quis est P.; Quis est F.; Quis est Sp.S. et respondetur: Persona divina. Sub hoc respectu, Pater et

Filius et Sp. S. distinguuntur ratione ab essentia divina. Distantia inter Thebas et Athenas, et vice-versa, est re eadem sed differt ratione directionis scl. a T. ad A. vel ab A. ad T.

Scala est re unica scala, sed differt ratione, scd. scl. ascensum vel descensum.

Le son du violon est un re sed differt ratione prout est ab "archet" vel a "corde".

Cf. etiam Aristot. Topicorum 1.1 c.5: Quot modis dicatur Idem; Editio Didot t.1. p.176.

B.- Ratio distinctionis: non est impossibile ut ea quae ab uno tertio ratione tt. differunt, realiter inter se distinguantur. Adversarii supponunt ut ea quae uno modo distinguantur ab eodem tertio, debent eodem modo inter se distingui, ita ut, si a tertio, sola ratione differant, inter sese etiam, sola ratione distinguantur. Sed hoc a priori nequit dici evidenter verum, nisi extrema scd. propriam rationem formalem, non magis inter se invicem opponantur, ac opponuntur cum tertio.

V.g. in triangulo ABC (isocèle) ex eo quod A sit aequalis distantiae a B et a C, non sequitur quod aequalis distantia intercedat inter B et C. Aliis verbis: Omnis triangulus aequilateralis est "isocèle", sed non omnis triangulus "isocèle" est aequilateralis." (cf. Carré, (Square) et lozange).

Audiamus Caprolum in I Sent. dist.2,q.3,a.1. Sol. ad primum. "Non enim oportet quod talis sit identitas extremorum inter se, qualem habent illa extrema in medio, potissimum quando medium est idem extremis, non formaliter, sed identice, hoc est identitate rei, non rationis, quin potius medium identificatur eis quasi per accidens, sicut res unius generis rei alterius generis, quo modo videtur essentia divina identificari relationibus, aut personis, sicut absolutum relativo; tunc enim non oportet extrema talem identitatem habere inter se, qualem habent in medio: quia talia extrema, per accidens identificata medio, possunt minus convenire inter se quam cum medio; ut patet de albedine et humiditate in nive: quodlibet enim convenit cum nive in faciendo compositum unum, verius quam inter se, quia albedo est actus nivis, non autem humiditatis, et consequenter plus est de unitate inter album et nivem, quam inter album et humidum, et similiter verius unitur humidum nivi quam albo, et sic non tanta est unitas aut identitas illorum duorum ad invicem, quanta est cujuslibet extremiti,

seorsum sumpti, in ordine ad medium, scl. nivem. Ita in proposito, licet similitudo longe a proposito distet.

Posset etiam dari exemplum de differentiis respectu generis. Non tanta est enim convenientia differentiarum ad invicem quanta est cuiuslibet earum ad genus quod dividunt." Hucusque princeps Thomistarum. Ut patet, ulti concedimus rationem sibi relictam, nullum omnino similem casum invenire posse, sed nemo potest afferre apodicticam probationem quod ibi habetur effulgens contradictione.

C.- Concedimus scl. repugnare realem distinctionem et oppositionem duorum ex una nota, simul cum reali identitate ex alia nota, si utraque nota habeat rationem absoluti. Nam in hac suppositione, nota ex qua extrema haberent, ut invicem distinguantur per se ipsam ponerent in utroque perfectionem exclusivam perfectionis oppositae, et ita necessario efficeret, ut saltem alterutrum realiter differret a tertio. Aliis verbis, impossibile est ut absolutum B et absolutum C, si sint realiter identica cum absoluto A, adhuc realiter opponantur inter se. Nam absoluta habent in eo ipso in quo opponuntur, titulum et rationem suae realitatis; ac per consequens, unumquodque oppositorum ponit realitatem, de cuius ratione est negatio realitatis quae est in altero. Si ergo, non obstante identitate cum tertio, adhuc opponerentur, eo ipso tertium cum quo utrumque supponitur idem, deberet negare seipsum, quod est absurdum et directe repugnans principio contradictionis; idem enim nequit simul esse et non esse v.g. Unum, verum, bonum re identificantur cum tertio scl. ente, et ratione distinguuntur ab illo tertio scl. ente, sed inter se non realiter distinguuntur ab illo tertio ente sed ratione tt. Cur? Quia ponunt aliquid saltem scd. rationem et proinde dicunt realitatem aliquam, nec proinde possunt inter se opponi nec inter se realiter distingui.

Eodem modo dicendum v.g. de essentia divina comparata cum justitia divina et misericordia et sanctitate.

Sed haec contradictio non apparent si relatio P. dicatur opponi relationi F. et utraque nihilominus identificari cum absoluto D. P. et F. inter se opponuntur non contrarie sed relative, scl. scd. purum reciprocum mutuum esse ad; opponuntur non eo quo reales sunt (in hoc P. et F. convenienter in derivando realitatem suam ex absolu^to D) sed opponuntur eo quo relationes sunt (in hoc, esse ad P. opponuntur et distinguitur ab esse ad F.; sed neque esse si P., ne-

que esse ad F. dicit ex sese realitatem). Cum autem P et F. reales sunt una eademque realitate absoluti D., non apparet contra dictio in hoc quod absolutum D. possit simul verificare P. et F., quin ideo debeat verificare negationem suae propriae realitatis.

S.Th. in I Sent. 26,2,2: "Omnis autem distinctionis formalis principium est aliqua oppositio, ut largo modo sumatur oppositio, scd. quod etiam imperfectum et perfectum opponuntur, in quantum in uno est negatio vel privatio alterius. In omnibus autem oppositionibus alterum est ut perfectum, alterum ut imperfectum, praeter relationem; quod patet per se in affirmatione et negatione et privatione et habitu. Patet etiam in contrarietate: quia scd. Philosophum, semper alterum contrariorum est sicut nobilis et alterum sicut vilius et sicut privatio, ut album et nigrum, frigidum et calidum et hujusmodi omnia; et ideo nulla talis distinctio potest esse in divinis, ubi est omnimoda perfectio. In relativis autem neutrum est sicut privatio alterius, vel defectum aliquem importans. Cujus ratio est, quia in relativis non est oppositio scd. id quod relativum in aliquo est; sed scd. id quod ad aliud dicuntur. Unde quamvis una relatio habeat annexam negationem alterius relationis in eodem supposito, non tamen ista negatio importat aliquem defectum, quia defectus non est nisi scd. aliquid quod in aliquo natum est esse: unde cum id quod habet oppositionem relativam ad ipsum, scd. rationem oppositionis non ponat aliquid, sed ad aliquid, non sequitur imperfectio vel defectus; et ideo sola talis oppositio competit distinctioni personarum."

D.- Concedo quia hōc tres constituuntur personae divinae.
Nego quia hōc personae divinae, sunt Deus unus;
Ego et Pater UNUM sumus (Jo.10,30) et Ecclesia invocat Sp.
Sm. UNUM cum Patre et Filio.

c) Intellectus humanus, potest rationes aliquas verisimiles inducere ad fidelium exercitum et solarium.

Revelato hoc mysterio,

1º- Scimus existere in Deo communicationem ad intr. infinitam ipsius Esse; infinitam scl. effusionem Infiniti Boni, quae nequit expleri creaturis.

- 2º- Multo melius hoc pacto vita divina intelligitur.
- 3º- Deum novimus non solitarium, immo trium verissime distinctorum beatissima societate gaudentem.
- 4º- Agnoscamus supereminentem perfectionem et gloriam Dei, unde in maiorem Ejus reverentiam excitemur.
- 5º- Magis removetur periculum ne creationem mundi necessariam aestimemus.
- 6º- Intelligimus summa lineamenta slis. providentiae quae est veluti revelatio realis SSae Trinitatis; siquidem Deus Pater operatur salutem nostram per Filium incarnatum et donum Sp. Sti.; unde sanctificatio nostra, quā filiatio adoptiva imitatur generationem Filii et in quantum ex amore confertur, analogiam exhibit processionis Sp.Si.
- 7º- Haec cognitio aliquo modo inchoat vitam aeternam in nobis; haec enim nostra cognitio est aenigmaticum speculum aliquod visionis beatificae quae consistit essentialiter in contemplatione Unitatis in Trinitate seu Trinitatis in Unitate. "Ut sit Deus omnia in omnibus (I Cor.15,28). Ipse finis erit desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigazione laudabitur... Ibi vacabimus et videbimus, videbimus et amabimus, amabimus et laudabimus. Ecce quod erit in fine sine fine." (R. 1788).
- 8º- Introducimur et nos in Vita Trinitaria. Jo.14,23; 2 Cor. 13,13.
- 9º- Trinitas, exemplar perfectum caritatis. Ibi omnis persona non "ad se" sed "ad aliam".
- 10º- Trinitas opponitur polytheismo anthropomorphico ex una parte et theismo frigido (froid). Sed de his omnibus CAVE: "Si tu comprends, ce n'est pas cela."

"Nos balbutiendo ut possimus, excelsa Dei resonamus et Unigenitus apud nos degens, cum balbutientibus balbutiebatur de ineffabilibus sacramentis." (S.Greg.Naz.) Unde quaedam analogiae:

- 1°- a) Velut in tribus solibus inter se cohaerentibus una lucis commixtio. (S.Greg.Naz. R.997)
- b) Lumina lampadum, quae sunt in una domo, et tota sunt in se totis vicissim, non permixta, ac per se existunt perfecte inter se mutuo singillatim distincta, conjuncta in unum discrete et discreta conjunctio. (Pseudo-Dionys. Aerop. R.2280).
- c) Velut in tribus solibus sibi invicem cohaerentibus et nulla loci intercedente disjunctis una lucis temperatio atque conjunctio. (Jo. Damasc. R.2344).
Haec comparatio etiam apud S.Lidwine. (Huysmans)
- 2°- Personalitas ontologica (esse) personalitas psychologica (conscientia sui) et personalitas moralis (libertas) in uno homine.
- 3°- Unicum "esse" in Xto cum duabus naturis (Ego et Pater atque Ego sitio).
- 4°- Corpus mysticum (cf. de la Taille M.F. 511 s. et notas).
- 5°- Sicut in Xto, est in unoquoque nostri, filius hominis et filius Dei (René Schwob) Cf. Rom.7,14; Video meliora proboque, deteriora sequor (ovid.).
- 6°- Eadem res possessa titulo emptionis, hereditatis et donationis.
- 7°- Tres personae tenentes unam rem; omnes tenent sed non eodem modo. (trois doigts sous plateau du garçon d'hôtel)
- 8°- Une jeune fille se regardant dans un miroir voit son image, se voit elle-même et s'aime elle-même. (André de Crète, Saint Evêque).

^{3^a} PARS : Etiam supposita revelatione, trinitas personarum in una natura divina, demonstrari nequit ex argumentis rationis ut positive possibilis.

ADVERSARII :

Abelardus (1142) : Platonici et praecipui philosophi gentiles invenerunt mysterium SSae Trinitatis, immo est veritas naturaliter ab hominibus credita cf. Dz 308-70; TDC, 241; DTC, 43-8,

Hugo a S.Victore (1141) et Richardus a S.Victore (1173) non satis distinxerunt inter argumenta suasiva et apodictica. Aliquomodo idem dicendum de S.Anselmo DTC, 1346.

Raymundus Lully (1314). Qui per rationes necessarias hoc tentavit.

Durandus (I Sent. 2,4) : Postea demonstrari pro sessiones divinas et quidem certas.

Hermes (1381) Dz. 1618-21; Gunther (1863) Dz. 1655 9; Frohschammer (1893) Dz. 1666 7; Rosmini Serbati (1855); Dz 1915s.; Schell; veritates trinitarias voluerunt ad meram philosophiam reducere.

Praeterea omnes moderni et Modernistae qui volunt invenire originem hujus dogmati in phil sophia et religionibus antiquitatis. Van Noort, 232-238; Lebreton, 1. I.

NOTA: De fide catholica.

PROBATUS :

1°- EX DOC ECCL.: Vide supra.

2°- Eatenus probaretur etiam revelatione supposita, quatenus ternarius numerus personarum ut positive possibilis, vel e notione personae, vel e notione naturae duceretur.

Atqui neutrum... Ergo...

MAJOR: Evidens.

MINOR:

1) Non ex notione personae.

a) Apud nos, ubi multiplicantur personae, etiam et naturae multiplicantur;
Jamvero natura divina multiplicari nequit.

b) Fides docet personam in divinis fieri incomunica -
bilem ratione relationis oppositae Quis unquam po -
sitive poterit demonstrare relationem subsistentem
esse positive possibilem?

2) Non ex notione naturae.

Omnis natura est absolutum quid; quis unquam positive
probabit in natura divina verificari rationem formalem
tum absoluti subsistentis, tuis relativorum distinctorum
realiter inter se, sed re identificatorum cum absoluto?

3) Ex insufficientia rationum quibus adversarii tentarunt
veritatem SSae Trinitatis demonstrare. P.493-495; cf.
1,32,1.

COROLLARIUM:

Ergo SS. Trinitas naturaliter non cognoscitur nisi a seipsa.
P.496. Ergo nec angeli naturaliter possunt SSam Trinitatem co -
gnoscere.

DIFFICULTATES: P. 493 ss.; 502 s.; W.355.

APPENDIX

A.- De repraesentatione Sp. Sti. sub forma humana.

Proposito Supremae huic Sacrae Congregationi Sti Officii dubio: "An repraesentari possit Spiritus Stus. sub forma humana sive cum Patre et Filio sive seorsim."

Feria IV, die 14 martii 1928.

Emi ac Rfi Dfi Cardinales fidei et moribus tutandis praepositi, prahabito RR. DD. Consultorum voto, respondendum decreverunt: Negative.

Et insequenti feria V, die 15 ejusdem mensis et anni, SSimus D.N.D. Pius divina Providentia Papa XI, in solita audientia R.P.D. Assessori S.Officii empertita, relatam Sibi Eborum Patrum responsonem approbavit, confirmavit et publicandam jussit.

Datum Romae, ex aedibus Sti Officii, die 16 Martii 1928.

A. Castellano, Supremae S.C.S. Off. Notarius. Cf. AAS. 1928, 103.

B.- Praecepta quaedam loquendi de SSae Trinitatis.

a) Nil innovandum est contra loquendi usum sive ab Ecclesia approbatum sive communi scholarum catholicarum consensu sancitum. Dz.39,275-287,428-433,1596,1658,1714a.

b) Abstinendum est a verbis, quae vel unitatem naturae divinae destruere vel pluralitatem personarum negare videantur.
V.g. Dz. 1596. Trinus non triplex Dz.278. P. est alius, distinctus a Filio, non vero P. est aliud, diversus, dispar, divisus, separatus a Filio. Dz.1596. Tres personae sunt unum, una natura (ess. subs.) unus D. non vero tres personae sunt unitae. Dz.431.

c) Nomina in divinis distinguuntur.

Essentialia; abstracta (deitas)
: concreta: substantiva (Deus)
: adjectiva (divinus)

Relativa; abstracta (paternitas)
: concreta: substantiva (Pater)
: adjectiva (generans).

1°- SUBSTANTIVA ESSENTIALIA (natura, essentia, substantia, attributa absoluta, attributa relativa ad extra)
tum abstracta, tum concreta, praedicari possunt de singulis personis; praedicantur in singulari tribus personis simul;
v.g. deitas, sapientia, creator.

2°- Adjectiva essentialia de singulis personis praedicari possunt et de tribus personis praedicantur in plurali. Aeternus, creantes, omnipotentes. Sed unus omnipotens quia tunc substantiae adhibetur.

3°- Relativa abstracta, actusque notionales nequeunt praedicari de se invicem, nec relativa concreta de iis relativis concretis, quibus opponuntur.

4°- Relativa, actusque notionales possunt praedicari de essentialibus concretis.

5°- Relativa concreta praedicari possunt de essentialibus abstractis.

6°- Relativa abstracta, actusque notionales non praedicantur de essentialibus abstractis.

7°- Actus notionales non praedicantur de relativis abstractis.
Van Noort. 1911. nn. 248 s.; P.648.

T E S S E R A

Oret assidue ac precetur Deum et patrem, qui universa ex nihilo condidit (Sap.8,1) disponitque omnia suaviter, qui dedit nobis potestatem filios Dei fieri (Jo.1,12), qui Trinitatis mysterium humanae menti patefecit; oret sine intermissione, qui divino beneficio haec credit, ut, aliquando in aeterna tabernacula receptus, dignus sit qui videat quae tanta sit Dei Patris fecunditas, ut seipsum intuens atque intelligens, parem et aequalem sibi Filium gignat, quove modo duorum idem plane et par charitatis amer, qui Spiritus Stus est, a Patre et Filio procedens, genitorem et genitum aeterno atque indissolubili vinculo inter se connectat; et trium personarum perfecta distinctio.

(Catech, ex Decreto Conc. Trid. Pars I.c.2.n.10 fine)

Faxit SS. Trinitas ut in fine videamus et amemus, amemus et laudemus sine fine Deum, Patrem et Filium et Spiritum Stum, Cui Deo nostro "benedictio et claritas et sapientia, et gratiarum actio, honor, virtus et fortitudo, heri, hodie et in saecula saeculorum. Amen. (Apc. 7,12).

A.M.D.P.F.S.S.G.

Proficiscere, anima christiana, de hoc mundo, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui tecum creavit; in nomine Jesu Christi, Filii Dei vivi, qui pro te passus est; in nomine Spiritus Sancti, qui in te effusus est;...

Licet enim peccaverit, tamen Patrem et Filium et Spiritum Stum NON NEGAVIT, sed CREDIDIT; et zelum Dei in se habuit, et Deum, qui fecit omnia FIDELITER ADORAVIT.

(Ordo Commendationis animae).

INDEX

Praelegomena de quidditate mysterii SSae Trinitatis.	74
De processionibus divinis.	76
Th. 4. Sunt in Deo processiones reales ad intra.	83
Th. 5. Pater a nullo, Filius a Patre per veram generacionem eamque intellectualem procedit.	86
Scholia.	94
Th. 6. Sp. S. a Pe. et Fo. procedit ut ab uno principio.	96
Th. 7. Sp. S. non est F., neque ejus processio est generatio, quia scd. operationem voluntatis communem Pis. et Fii. procedit ut amor.	109
Th. 8. Sunt in Deo relationes reales ad intra.	114
Th. 9. Relationes reales divinae ad intra re sunt essentia divina sed ratione virtuali ab ea distinguuntur.	116
Th.10. In Deo sunt relationes reales, scil. generare, generari, spirare et spirari et quatuor tt.; quarum tres dumtaxat scil. generare, generari et spirari realiter distinguuntur et tres tt.	122
Th.11. Subsistens distinctum intellectualis naturae quae personae definitio est, habetur in Deo, prout relatio ab opposita relatione seipsa distinguitur (incommunicabilitas "ad intra") eademque per identitatem cum divina essentia absolute subsistit (subsistens "ad intra"; incomunicabilitas "ad extra").	131

- Th.12. Persona divina relatione incommunicabili ut subsistente constituitur; adeoque relationem incommunicabilem ut subsistentem significat. 134
- Th.13. Sunt in Deo tres proprietates personales et quinque notiones. 140
- Th.14. Personae divinae sunt sibi invicem aequales; adeoque nulla perfectio in aliqua persona deest, quae in aliis reperitur. 144
- Th.15. Existit circum sessio personarum divinarum quae est secundum communitatem essentiae, intellectum relationis et rationem originis. 150
- Th.16. Tota Trinitas, unica operatione, tribus personis communis, cuncta ad extra producit; ad manifestationem tamen Fidei Trinitatis, convenienter fuit essentialia attributa personis appropriare. 153
- Th.17. F. et Sp. S. mitti possunt missione tum visibili, tum invisibili; in missione autem invisibili, non solum dona creata, sed etiam personae divinae donantur. 159
- Th.18. Inhabitatio injustis est communis tribus personis SSae. Trinitatis non autem propria Spiritui Sancto, quia cum eis personaliter non unitur sed ei appropriatur. 163
- Th.19. Naturalis ratio sibi reicta nunquam Trinitatis mysterium suspicata esset; post revelationem vero, pulcherrime illud convenire videt; at, si necessarium ostendere conatur, frustra est, ejusdem naturam pervetit. 167

APPENDIX :

De repraesentatione Sp. Si. sub forma humana.	190
Praecepta quaedam loquendi de SSa Trinitate.	190
Tessera.	192

Cf. p.96

E G O

COMPENDIUM

secundum esse in

per identitatem

per similitudinem

per inclinationem

Ego (anima)	Intellectus	(Facultas)	Voluntas	(Facultas)
Esse	(Intelligere	Concipere)	(Amare	(Spirare)
Ego in esse existens et agens.	Ego intellectus	Ego conceptus scd. <u>esse inten-</u> <u>" esse phys.</u> Ego <u>in esse in-</u> <u>tellectivo.</u>	Ego prius in- tel. amatus	Ego prius in- tel. spiratus =ego trahens <u>Ego in esse</u> <u>volitivo.</u>
Substantia	Qualitas	Actio	Qualitas	Actio
Ego accidentaliter mutatus.	Actus perfectivus	Terminus op. im- manentis.	Actus perfec- tivus.	Terminus op. immanentis.
		per <u>inclinationem</u> voluntas		

E G O secundum "esse in"

per identitatem		per similitudinem		per inclinationem	
A. - E G O (anima)	B. - (Facultas) : I N T E L E C T U S	C. - (Facultas) : V O L U N T A S			
Esse	Intelligere	Concipere	Amare	Spirare	
<u>Ego in esse existens</u> Agens per intellectum et voluntatem	Ego intellectus <u>Ego in intellectu existens</u>	Ego conceptus scd. esse intentionale scd. esse physicum (Ego in esse intellecto)	Ego prius intellectus amatus	Ego prius intellectus spiratus = ego trahens (Ego in esse volitivo)	<u>Ego in voluntate existens</u> Inclinatio Spiramen tou ego (ego trahens)
Substantia	Qualitas	Actio	Qualitas	Actio	Operatum voluntatis
Ego accidentaliter mutatus	Actus perfectivus	Terminus operationis immanentis	Actus perfectivus	Terminus operationis immanentis	
per operationem intellectus :		per operationem voluntatis :			
<u>per similitudinem</u>		per inclinationem			